# GVILHERMVS EPISCOPVS Pariſienſis De collationibus & pluralitate eccleſiaſti-corum benefi-ciorum.

Albertus magnus De adhęrẽdo ſoli deo.

Sanctus Bonauentura ad fratres men-dicantes/quales eſſe debeant erga prę-latos & eccleſiarum rectores.

UVA. BHSC. IyR_245_3

IOANNI RYNCO vrbis Agrippine
ciui conſulari magnifico integerrimoq; Iaco.
Vuimphelingius ſeſe cōmendat.

¶Dum nup̄ in Argētoraco vir humaniſſime ſuauiſſi: na
cōuerſatio tua: magnā mihi voluptatē afferret: hoc tñ ſin
gulari me gaudio affecit: qđ inter reliq̄s patrie tue laudes
intellexi/ad parochias Agrippinas: doctrina & moribus
p̄ſtātiores ex oī vr̄o gymnaſio eligi theologos: q̄ magna
eſt vrbis vr̄e gl̄ia: & p̄cipua ſalus aīarꝫ. Subijt mox aīm
meū/tibi nō ingratum fore/ſi Guilhermus Pariſieñ. ep̄s
maximus aīarꝫ zelator: de cōferēdis mltiplicādiſq; bñfi⸗
cijs ī lucē ꝓdiret. Dedi itaq; operā vt duo illius de huiuſ
modi negocijs tractatus imprimerent: q̊s & tue mirifice
māſuetudini ſūmeq; in me beniuolētie: volui p̄ ceteris in
ſcribi atq; dedicari: vt ſub tuis alis optatū patrociniū cō⸗
ſecuti fœlicius in quorumcunq; conſpectum exirent.
¶ In primo docentur principes/ epiſcopi/ archidiaconi/
abbates/ & reliqui prelati/ proceres/ ciues/ſenatus/ capi⸗
tula/canonici/q; ad prebendas/ eccleſias/ altaria/eligendi
ſint/ nominandiq;/ preſentandi aut inueſtiendi.
Non pueri. Nō indocti Non indociles.
Nō eccl'ie dei inutiles. Non ſciētiarꝫ & ỽtutū hoſtes
Non diſſoluti & impudici.
Non qui officium ſuum implere nō norunt.
Non quibus ſacra olent & carnalia redolent.
Nō q̄bus prius ſufficiēter de criſti p̄rimonio ꝓuiſum eſt.
¶ In altero demōſtrant horrēda eius p̄icula q̄ mlta bñfi⸗
cia eccleſiaſtica tenet & abſorbet: cui pauciora ꝓ honeſta
vitę ſue ſuſtētatiōe ſatis emolumēti p̄ſtarēt. Suſcipe q̄ſo
fautor obſeruādiſſime hoc guilhermi nobiliſſimū: diui⸗
naq; ỽitate inixū atq; ſuffultū opuſculū: ipſumq; ample⸗
ctere atq; defende. Ego me tibi iterū atq; iterū cōmēdo.
Vale vnicū vitę mee p̄ſidiū: & in p̄ſecutiōibus meis vlti⸗
mū refugiū atq; ſolamē. Ex Argen. iij. kl. Iunias. 1507.

UVA. BHSC. IyR_245_3

# GVILHERMVS EPISCOPVS PARRHISIENSIS DE COLLATIONE ET PLVRALITATE ECCLESIASTICORVM BENEFICIORVM.

VMbram vehemot. Sicut ſcriptū eſt in quadrageſimo Iob Vmbrę protegunt. vmbrā ſcilicet opacam: in qua & latent voluntarie ignorātes quę & pręſtet eis vmbraculum contra radios ſolis: intelligētię & iuſticie/ qui eſt chriſtus dominus. Sicut legit̃ Sapieñ. v. & Malachie. iij. Vmbra iſta eſt detentio ſiue occupatio iniqua beneficiorum ſiue reddituū eccleſiaſticorū. Sub hac vmbra quieſcit diabolus: & reficitur omni genere refectionis ſuę: quæ eſt mors humanarū animarū: hoc eſt ſecretum thalami: vbi dormit. Sicut in eodē eiuſdē Iob legit̃. Hec loca humētia in quibus humectatur & voluptat̃: nec dormit ibi vtcūqȝ: ſed inexpergiſcibiliter & īeuigilabilit̃ vt videt̃. Neqȝ enim tonitrua diuinarū cōminationum/ neqȝ clamores publicarū declamationū/ neqȝ ſtimuli ſacrorum eloquiorum ipſum ſufficiūt excitare. Deniqȝ vmbra iſta tanta tenebroſitate obnigruit: vt veri ſolis ſplendor ipſam nō penetret: tanta frigiditate obriguit/ tanta aſpidum calliditatate obſurduit: vt ab eiuſdem calore in ea vehemot ſe abſcōdat. Circundant illum ſicut in eodem legitur. Salices torrentis: hoc eſt infructuoſi: in ipſo torrēte affluentię tēporalis: quę velut torrens citiſſime currit tranſit & exſiccat. hoc eſt corda ibi radicaliter infixa. Circūdāt inqȝ vallantes eum & munientes queadmodum armata fortitudo principē non illum obſidens ſed defendens. Vmbrę iſtę quattuor ſunt. Prima eſt nox auaricie/ que terrā id eſt



UVA. BHSC. IyR_245_3

terrenã ſubſtantiã vero ſoli & humanis mentibus inter-
ponit. Secunda eſt eclipſis ambitionis ſiue ſuperbię quę
humanę mũdanitatis & mũdanę inſtabilitatis & vanita-
tis/ radios veri ſolis inſtar lunaris eclipſis verũ ſolẽ eiſdẽ
abſcondit. Tertia eſt nubes opaca/ peſſimę quę in his ꝑ
pręlatos carnales inoleuit conſuetudinis: quę lucem ve-
ritatis nec videre/ nec intueri ſinit. Quarta vmbra eſt per
uerſarum affectionum teterrima nubila: quę diem men-
tis obumbrant & veritatẽ obnubunt. Quantum perni-
tioſa ſit hæc peſtis eccleſię dei: quanta ſpecioſitate mem-
brorum eam detrũcauerit ſeu mutilauerit. Quanta mon
ſtruoſitate membrorũ ſuorum eam deturpauerit. Quan
ta ſpurcicia viciorũ illam fœdauerit. Quantũ decorẽ vir-
tutum & gratiarum ab ea deleuerit atq; abraſerit. Sed &
ipſum creatorẽ/ quanta ſui cultus & honorificentię par-
te ab eo tempore quo cœpit defraudauerit & adhuc ĩceſ
ſanter defraudet/ pia corda non abſq; dolore vehemẽti
cogitent atq; gemant. Ipſam enim dei domũ ſcilicet ora-
tionis/ domũ quã decet ſanctitudo/ ſacrificium quod ſibi
deus edificauit/ ſanctuariũ quod proprio ſanguine dei fi
lius conſecrauit: tabernaculum quod ſibi ſanctificauit.
Templum dei ſanctũ pro parte non modica ſpeluncam
effecit latronum/ habitationẽ reptilium & pene omniũ
immundorum. Contra vmbrã igitur iſtam & vmbras
eam protegentes aliquos radiolos de fonte luminoſiſſi-
mę veritatis producere & adhibere/ cõtra defenſiones ſa
licum iſtarum quedã iacula de fabrica ſacrarum doctri-
narum acuere tanto ſalubrius eſſe manifeſtũ eſt: tantoq;
deo gratius quanto ipſas pernitioſiores & in mortẽ ani-
marũ deiq; cõtumeliã peſtilentiores eſſe a ſane intelligẽ
tibus & recte ſapiẽtibus dubitari nõ poteſt.

DIcemus igitur primum puritatẽ vocationis/ ad hæc
demũ vocatiõis maculas. Tertio puritatẽ ingreſſus:

UVA. BHSC. IyR_245_3

& quarto poſt illam ingreſſus maculas. quinto puritatē & dignitatem detentionis & eius maculas. Sexto loqui-mur de pluralitate ipſorum in vnitate perſonę an ſit licita an non: quomodo ſit hoc/ & quomodo non. Incedentes per vias probationū cum ipſius ſacri textus teſtimonijs/ſacros canones & leges ſeculares/ quę ad hoc faciūt ſuis profeſſoribus atq̧ doctoribus relinquentes. Dicemus igitur in primis/ quia vnum ex officijs prelatorum eſt officium patris ſiue generātis/ propter quod & ſponſus eſt & anulum qui eſt inſignę caſtitatis erga eccleſiam ſponſam ſuam in digito geſtat. In hac ergo & ex hac/debet filios gignere. filios inq̧ qui ſunt ſemen fratri defuncto: id eſt chriſto: vt legitur Deutero. xxv. Non debet ei ſupponere partus alienos: ſcilicet qui ſunt filij: qui aduerſus chriſtū dn̄m inſurgant in electionibus & alijs q̄ contra ipſum plerū q̧ fiunt. Non filios Belial debet eccleſię ſupponere: non catulos lamiarum iuxta. iiij. Trenorum Non filios iniquitatis. Quippe quot canonicos in eccleſia prelatus conſtituit: tot ibi filios vel chriſto domino vl' diabolo gignit: tot filios legitimos ex eadem eccleſia cui pręeſt ſuſcipit: vl' tot partus diabolicos intollerabili fraude & malicia eidem ſupponit. Quod qui faciūt aut fieri procurāt/proculdubio ſimiles ſunt dęmonibus incubis qui interdū mulieribus (vt vetulę fabulantur) filios ſuos ſupponunt/ qui vulgo cambiones vocantur: ab huiuſce modi campſione. Hi vero dicūtur ſemper triſtes eſſe/ſemper eiulantes/ lactis inſatiabiles/ vbera nutricum vſq̧ ad ſanguinē emungentes: huiuſmodi p̄lati ſunt ſil'es cuculis qui oua ſua alijs auibus ſupponūt: ouis earum primitus deuoratis: quę oua cum alienę matres fouerint: & pullos exinde excubatos nutrierint: ab eiſdem q̧ cito roſtro & vnguibus nutrientibus pręualuerint deuorantur. Hanc fraudem cucularıam mali pręlati faciunt eccleſijs. Hanc



UVA. BHSC. IyR_245_3

nutrituram faciunt eccleſiæ in huiuſmodi filijs perprodi
tioſiſſime deuorantur. Quod ergo primo requirit voca-
tionis puritas/ in prȩlatis vocantibus idoneitas eſt per-
ſonȩ vocandȩ: quæ cuiuſmodi eſſe debeat/ melius pate-
bit ex alijs officijs prȩlatorum/ quorum primum eſt offi-
cium architecti/ſicut de ſe dicit ap̃lus in.iij. ad Corinth.i.
Vt ſapiens architectus fundamentum poſui.

PRȩlati ergo officium eſt edificare domum domino
inſtar ſalomon qui edificauit domũ domini ex lapi-
dibus grandibus prȩcioſis & dolatis/ atq; quadratis/ &
hoc quantum ad fundamentum. ſicut legitur iij. Regũ.v.
Nec prȩtereũdum eſt quod ſculpſit cherubin & palmas
et celaturas valde prominẽtes. Operuitq; omnia laminis
aureis opere quadrato ad regulam. ſicut legitur eiuſdẽ
ſexto. & iterum in eodem eiuſdem. Edificauit atrium in-
terius tribus ordinibus lapidum politorum & vno ordi-
ne lignorum cedri. In eis igitur qui vocantur inq; vt ſint
porte vel de portis domus dñi: in q̄bus debet eſſe nõ ſo-
lũ pictura cherubin/ q interpretat̃ plenitudo ſcientiȩ/ nõ
pictura inq; ſciẽtiȩ: hoc eſt ſciẽtia lr̃alis/ ſed ſcriptura q̃ eſt
veritas ſapiẽtiȩ intimȩ. Neq; pictura palmarũ ſolũmodo
in apparitione tõſurȩ & habitus. Sed veritas victoriȩ &
triũphationis de vicijs: ſĩliter & celaturȩ valde ꝓminẽtes
nõ picturȩ exterioris apparitiõis/ q; ipſi diximus edifica
tiõis abſq; vlla elõgatiõe adherẽtes: ſed inſculpte intime
ꝟtutes plebeis atq; vulgaribus eminẽtes lõgeq; ꝓſtãtes.
Et primũ quidẽ ad doctores ꝑtinet: videlicet cherubin in
ſculpte imagines in quibus intime impreſſa debet eſſe ſi
militudo ſapientiȩ atq; puritatis & ſanctitatis angelicȩ:
Secũdum ſcilicet ſimilitudo palmarũ ad prȩlatos q̄ ſunt
ſacri duces exercitus & propugnatores eccleſiarũ/ quod
in eius apparere debet euidenter victorioſitas contra vi
cia & dȩmones: ita vt deſperatum ſit vtriſq; eos vincere/

UVA. BHSC. IyR_245_3

 3

a quibus ſepius victi ſunt. Palma em̄ inſigne victorie eſt de qua breuitatis cauſa p̄terimus. Longe prominētes ad minores ſacerdotes & celaturę pertinent/quorū vita foris eminere debet procul ab alijs/ longeꝗ laicos ſupeminere ſanctitate. De temporū noſtrorum fœcibus ne dicā finibus quando nec in portis eccleſiarū: id eſt prelatis vł pictura cherubin aut palmarum eſt/quando nec aliquid cœleſtis nec angelice ſapientię nec aliquid bellice virtutis aut ſtenuitatis/nec victorie quicꝗ apparet: ſed magis econtrario pro magna ipſorum parte. magis em̄ diabolice turpitudinis effigies magis mors & ſeruitus viciorū in multis eoꝶ inſculpta apparet. Similiter in minoribus ſacerdotibus et clericis nō ꝓminētia ſeu p̄minētia virtutum: ſed oīm ſpurciciarū ac mōſtruoſitas vicioꝶ tāta in eis foris apparet: vt nō ſimplicit̄ pctōres/ſed magis ſcelerati. et peccata eoꝶ nō peccata ſimpliciter: ſed pctōꝶ mōſtra terribiliſſima ſint dicēda: ita vt eccł'ia dei ī ipſis nō eccleſia dei ſed babilon ægyptuſꝗ & ſodoma videat̄. Prelati ergo officiū eſt ī eo quod architectus edificare domū dn̄o et hoc ex q̄dris et cedris. ſicut legit̄ Iſa. ix. Nō ex ſpinis aut paleis. Ex ſpinis em̄ & fragmentis lignoꝶ/pice & alie aues edificare ſolēt & cōpingere nidos ſuos: p̄uaricatores em̄ ſpine ſunt. ſicut legit̄. ij. Reg. xxiij. In nouiſſimis verbis dauid. Preuaricatores autē q̄ſi ſpine euellent̄ vniuerſi. ſił'iter & palee ſunt. ſicut legit̄ Luce. iij. ex ꝟbis Ioā. Cōgregabit triticū in horreū ſuū. palee aūt igne cōburētur inextinguibili. Quid igit̄ eſt cathedrał' eccł'ia: vel q̄cūꝗ cōuētualis ex triginta vł q̄draginta huiuſmodi paleis vel feſtucis/niſi nidus paſſeris aut alterius auicule. Et reuera ꝓphetiſatū videt̄ de huiuſmodi architectis illd' Pſal. Paſſer in. ſibi. do. & tur. ni. vbi. re. pu. ſuos. ſ. nepotł'oꝶ/& interdū filioꝶ. O q̄nta fraus aduerſus dn̄m/ cui edificandū eſt regale ꝑmagnificūꝗ palatiū/q̄ntaꝗ cōtumelia/ dū



UVA. BHSC. IyR_245_3

ꝑ huiuſmodi palatio nidus ei vel pice vel paſſeris reddi-
tur. Quantum teſtimonium impericie atqꝫ infidelitatis
& perditionis aduerſus p̄latū nidus huiuſmodi & nido-
rū ipſius ſit: quis nō irrideat: quis nō ſubſannet: quis nō
excachinnet/iſta tam ridiculoſa tamqꝫ exibilanda opera
huius architectoris. Deniqꝫ cum in tam pręclaris edifi-
cijs pro columnis ferreis fortiſſimis feſtucas modicas ac
debiliſſimas nepotulorum & aliorum paruulorum po-
nit: quis nō ſimul irrideat & doleat. Et q̄dē regi ſeculoꝝ
tāta impietate/ tantaqꝫ infidelitate tā crebro paſſimqꝫ illu
ditur/perfunctorie pręteritur a multis/vix eſt qui doleat
vicem eius/ & cum mōſtratur ſicut inter alia peccata tam
execrabilis illuſio/ tamqꝫ deteſtanda dei proditio iam pe
ne nemo illam formidat aut horret. Audiuimus pręla-
tum excuſantem ſe & dicentem. In parte iſta non poſſu-
mus reſiſtere pręcibus magnatum: cui & reſpondiſſe
nos meminimus: quia architecto litterali nemo auderet
huiuſmodi pręces porrigere: videlicet vt pro columna
forti feſtucā fragilem in edificio cuius fabrica fidei eius
cōmiſſa eſt poneret. Et ſi forte eouſqꝫ aliquis inſaniret: &
pręces pręſumeret/ & diceret. Magiſter ego feſtucā iſtā
diligo vltra modum/ chariſſima eſt mihi. Rogo te quan-
tum poſſum: honora eam/ & pone in loco honorabili vi
delicet in loco columne fortis & alte. Nunquid ſubſan-
nans/ſe ab illo nō auerteret: & in faciem eius ſpueret. Et
quidem leuis eſt iactura edificiorum litteralium/compa-
ratione edificiorum ſpiritualium: quare incōparabiliter
inexorabiliores deberent ſe exhibere pręlati cōtra ruinā
& alia detrimenta edificiorum ſuorū ſpiritualium/ q̄ lite
rales architecti pro ſuis edificijs. Sed infirmitas infideli
taſqꝫ pręlatorum audaciā dedit huiuſmodi inſanijs. Se-
mel enim fracta pręcibus aperuit viam rogātibus vt ve-
re dicere poſſit cum Iob. Quaſi rupto muro & aperta ia-

UVA. BHSC. IyR_245_3

nua irruerunt ſuper me &c. Et iterum eiuſdē. xix. Simul venerūt latrones eius & ſibi fœcerūt viā per me. Dum enim ex proprijs nepotibus ac filijs ruinam & confuſionem parant eccleſijs: non habent frontem reſiſtendi ſimilia rogantibus pro alienis.

ADdimus etiā officio architectorū huiuſmodi: quia non ſolūmodo eorum eſt edificare palatiū aut templum domino: ſed etiam corpus miſticum cū chriſto domino: de quo corpore ipſemet dicit in Pſal. Corpus autē perfeciſti mihi. Membra igitur quę tanto capiti cōgruāt in corpore eccleſię ponenda & inſtituenda ſunt. Nemo autem dubitat peccatores omnes eſſe membra diaboli. quare qui peccatores in eccleſijs ſuis inſtituunt non corpus miſticū chriſto dño: ſed corpus q̄le vtiq; decet diabolum diabolo edificant: videlicet ex membris putridis omni deformitate horribilibus. Vide impietatē iſtam ſacrilegā/ ꝙ pro chriſti ſacratiſſimo corpore corpus vehemot/ omni viciorum monſtruoſitate horrēdum edificāt: et ſacris omnibus contrectandis adminiſtrandiſq; ſpurciſſima diaboli membra pręficiunt/ ſacramēta eis tradenda cōmittunt/ ſacris altaribus miniſtros abhominabiles illos offerunt/ & ad cumulū exhonorationis dei & cōtumelię/ ipſum viuificum chriſti corpus & ſanguinem polluitiſſimis manibus talium conficiendum contrectandū q; omnibuſq; honoribus eccleſiaſticis membra diaboli honorant. Prochdolor nō eſt qui lugeat aut doleat/ pro corpore chriſti myſtico/ corpus diaboli in eccleſia dei ſedere/ habitare/ & heu regnare: & propt̄ hoc cōmuniter pro chriſto diabolum in eadem regnando perſeuerare. Et deturbatum atq; deiectū de cœlo litterali diabolum in cœlo eccleſię/ quod eſt longe ſanctius atq; p̄clarius p̄latorū perfidia reſtitutū: & ſolium eiuſdē ſuper aſtra dei id eſt ſuper viros ſanctitatis & doctrinę luce radiātes/ &



UVA. BHSC. IyR_245_3

impietate eorum ſacrilega exaltat: Quid plura: membra diaboli deificata plationibus/ſacris officijs ſicut ſupra tetigimus loca ſanctorū occupare/ ſanctos viros ſub pedibus eorū gemere/opprimi/ cōculcariq; ab eis: quod pijs oculis eſt extremi doloris ſpectaculum: An igit̃ lapis vł lignū tam p̄claro edificio conueniens: An membrū tam nobili corpori/tamq; ſacro capiti congruens perſona vocanda diligentiſſime cōſiderandum eſt huiuſmodi architecto ex officio quo eſt architectus: Qui ſi vocare intendat perſonam: quæ non idonea ſit vtriq; edificio: intentio eius impijſſima eſt atq; ſacrilega p̄ ea que diximus.

SEcundum officium prelati/ eſt officiū ducis/ ad eligēdos & colligendos bellatores: & ad preliandum contra diabolum & exercitum eius: qua propter in intentione eius eſſe debet vt ad ſtipēdia eccleſiaſtica eligat viros fortes & doctos ad bella. An igit̃ paruuli/an mortui mortalibus ſcilicet peccatis extincti ad preliāda prelia domini/eligendi ſint quis non iudicet: Deinde qui non nouerunt gladium ſpiritus quod eſt ꝟbū dei: qui nō nouerūt arcum ſacrarum diſputationū/ ſagittas ſacrorū eloquiorum/ſcutum fidei/galeam ſalutis/ loricam iuſticie &c. de quibus legitur in.vi.ad Epheſeos. Et omnino ignaros armorum lucis.de quibus in.xij.ad Romanos. Quis eligit ad bellādum niſi damnabiliſſimus domini ſui proditor: quiq; hoſtibus ſuis querit de eo victoriā: ſimiliter & eos qui vſum armorum nō habēt/quis niſi inimicus domini ſui ad bella vocabit: propter quod & dauid arma ſaulis recuſauit pondus eorum ferre non valens.ij. Regū.xvi. Magni ponderis eſt & vltra vires multoꝝ armatura humilitatis/quę frontē protegit: & totam faciem contra obprobriorum & vitiorum tōſiones atq; detractionum & adulationū iacula: & propter hoc facile proijcitur ab in

UVA. BHSC. IyR_245_3

ſuetis & parū ad hoc fortibus. Similiſ & thorax pacietie: propter ꝙ facile abijcitur: alijs etiam qui fortiſſimi reputantur. In exercitu dei / velut cunei & acies ſunt couetus eccleſiaſtici ſiue capitula. Heu quãta damnatione digna eſt ducū pfidia: quod greges nepotulorꝝ/ aliorumqꝫ paruulorum/multitudineqꝫ inermem/imbellem/ omninoqꝫ ignaram belli/procuneis fortiū/pro aciebus ad bella doctiſſimorum/in dei exercitū adduxerunt. Et (quod eſt ad cumulum perditionis) non ſolūmodo huiuſmodi multitudines: ſed etiam innumerabilem multitudinem inimicorum de eccleſiaſticorum reddituum ſtipendijs dotauerunt. Veriſſimum enim eſt ꝙ lugebat quondam Hieremias in primo capitulo Trenorum. Quia facti ſunt hoſtes eius in capite / & quoniam inimici eius locupletati ſunt. Non enim ſolummodo in capite: id eſt in arce poteſtatis hoſtes dei & eccleſię eius ſunt: quæ vtiqꝫ arx epiſcopatus eſt: ſed etiam in capite ipſius exercitus: quia & capitanei ſunt exercitus illius/ & capitales inimici: primi contra deū pugnantes/ & hoc eſt quod veritas dicit Mathei duodecimo capitulo. Qui non eſt mecum cõtra me eſt. Aptius autem Iacobus. iiij. Quicunqꝫ voluerit eſſe amicus ſęculi huius: inimicus dei conſtituitur. Iſti inimici ſiue magni/vt p̄lati/ſiue parui/vt ſubditi/locupletati ſunt redditibus eccleſiaſticis maniſeſte. Intentio igitur prelati debet eſſe ( vt diximus ) vt perſona quam vocat in eccleſiam ſuam ad percipiendum ſtipendium eccleſiaſticum bellator ſit fortis & doctus : & hoc eidem incumbit ex officio ducis.

TErtium officium eſt paſtoris principalis/quo officio non ſolum paſtor eſt/ ſed princeps paſtorum: ex quo incumbit ei vocare electos paſtores/nõ qui paſcant ſemetipſos, ſicut legitur Ezech. xxxiij. Sed paſcant populum

UVA. BHSC. IyR_245_3

ſcietia & doctrina, ſicut legitur Hiere.iij. Non paſtores q̄ ſunt idola deſerentes gregem: quibus maledicit Zach. propheta in.xi. Sed magis qui cum iacob poſſint dicere domino: oues & capræ tuæ ſteriles nō fuerūt. Arietes gregis tui nō cōmedi: nec captū a beſtia oſtendi tibi: ego omne damnū reddebam/quicquid per furtum peribat a me exigebas die noctuq; eſtu vrebar/ & gelu: fugiebatq; ſomnus ab oculis meis: ſicut legitur Gen̄.xxxi. Similiter & cū dauid poſſint dicere. Veniebat leo vel vrſus & tollebat arietē de medio gregis/ & perſequebar eos & percutiebam/eruebam de ore eorū/ & illi conſurgebant aduerſum me & apprehendebam mentum eorum & ſuffocabam interficiebamq; eos. Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus. Debent habere paſtores calamū fiſtulam/canem/& baculum: id eſt gratiā doctrine: multiplicem dulcedinē exhortationis ſiue baculū correctionis. Canē: id eſt terrorē increpationis ſiue obiurgationis. Baculo namq; paſtoris/& latratu canum luporum ſeuicia deterrenda eſt. vt ait Hiero. Cauendum igitur prælatis/ne tales ad paſtorale vocent officium: qui nō illud exequi: ſed ſolummodo lac & lanam ex ouibus querant. Non qui luporum rabiem in oues exerceant & paſtoralis pietatis ſolicitudinem omnino non curent. Sic legitur Ezech. ca. prænotato.

QVartum officium/ eſt officium ꝓcuratoris/ & illud diuiditur in tria. Horum primū eſt officium procuratoris/in cauſa animarum ex quo incumbit prælato eligere & vocare animabus patronos ſiue aduocatos: qui fauorem & gratiam cœleſtis iudicis habeant. Ne ſi is qui diſplicet/ad ītercedēdū mittat̄: irati iudicis animus ad deteriora ꝓuocet̄. Similit̄ & q allegare cauſam aīaꝝ nouerūt/ & modos allegationū oēs/q nō ſolū nouerūt cātare/ pſallere/& legere ad aures hoīm: ſed ad aures dei: q̄bus

ſuauiſſime ſonant internarū cantationū tripudia/ q̄ ſunt virtutū concentus/ſicut confeſſio laudis & confeſſio peccati/ſpes & timor/ gaudium & dolor/ & cetera huiuſmodi:quę omnia in expoſitione canticorum latius diximus Alleganda enim eſt cauſa animarū/ nō ſolum exteriorū vocū ſtrepitu muſicali:ſed gemitibus/ planctibus/ ſuſpirijs/& rugitibus/eiulatibus & luctibus/& vehementiſſimis internis clamoribus. Veraciter enim orare eſt(vt ait Grego.)Amaros in oratiōe gemitus nō verba cōpoſita reſonare.Propter defectū aduocatorꝝ periclitantur miſerabiliter cauſę innumere animarū. ¶ Secundū officiorū iſtorꝝ trium/ eſt officiū ꝓcuratoris vinee. Incumbit ergo ex iſto officio prelato eligere & vocare vinitores fideles atq̃ peritos in ſpirituali vinearū cultura. Vinea quippe domini ſabaoth domus iſrael eſt:& viri iuda delectabile germen eius.ſicut legitur in Iſa. v. & Pſal. Vineam de ægypto tranſtuliſti.Mat.xxij. legitur de vinea & operarijs & ꝓcuratore.Similiter & Marci.xij.Et Hiere.ij. Plantaui te vineā ſoreth omne ſemen verū.Quid ergo dicitur vel fiet de procuratore perfido:qui debet vocare operarios fideles atq̃ peritos:& nō vocat/niſi extirpatores/aut paruulos:qui nec fodere ſciunt/nec plantare/ nec paxillare vineā/ nec aliquid eorum que requirit cultura ſpiritualis. ¶ Tertium eſt officiū procuratoris infirmorꝝ. Ex hoc officio incumbit prelato eligere & vocare medicos animabus curandis.Quales autē debeant eſſe huiuſmodi medici ex comparatione medicorū litteralium manifeſtum eſt. Nemo enim audet ſe gerere vel dicere medicum huiuſmodi/qui artem medicinę litteralis nō didicerit/vel qui morbos & vulnera/eorūq̃ cauſas ignoret. Similiter nec qui virtutes herbarum/qui vnguenta/vel ſpecies aromaticas/vel alia medicamēta nō nouerit. Quod autem prelatus ſit procurator domus huius/aperte legit̄

UVA. BHSC. IyR_245_3

Luce.x.In parabola ſamaritani: vbi vocatur ſtabularius & cõmittitur ei infirmus a ſamaritano dicẽte. Curã illius habe. Ex quibus verbis manifeſtum eſt: quia ꝑlatus õis non ſolum medicoꝝ ſpiritualiũ elector atq̧ euocator eſt ex officio ep̃ali:ſed etiã medicus: & hoc omnibus manifeſtum eſt/de quolibet ſacerdote curato vel curã dante.

QVintum officium prelati eſt officiũ villici/ex quo incumbit ei vigilatores ianitores alioſq̧ cuſtodes/ad cuſtodiã dyoceſis cui prefectus eſt/ad hoc eligere & vocare. Quales autẽ eſſe debeant ſpeculatores/ceteriq̧ cuſtodes/& an ceci debeant eſſe/aut an proditores/aut buccina inſonare neſciẽtes/vel nõ valentes. Similiter & vigilare nõ potentes/tanq̧ omnibus manifeſta ꝑterimus.

SExtũ officiũ eſt aurige:id eſt rectoris currus:de q̃ dicit͛ in Pſal. Currus dei decẽ milibus m͛tiplex. Similiter.iiij.Re.ij.de Helia. Currus Iſrahel & auriga eius. Incũbit igitur ꝑlato nõ alligare huiuſmodi currui:niſi boues aut eq̃s & hos fortes/domitos/huiuſmodi laboris aſſuetos/nõ recalcitrantes. quare nõ pullos equinos aut bouinos/non thauros ceruicoſos/qui in rectores efferãtur & currũ ſubuertãt. Propter hoc eñ in lutum cõuerſus atq̧ ſubmerſus eſt hodie dei currus. Thauri eñ prepingues: hi ſunt clerici & prelati diuites/qui iugũ diſcipline dominice non ferentes/recalcitrationibus ſuis & effrenationibus:currus ipſius regimen & curſum impediũt & ſubuerſum atq̧ ſubmerſum vt diximus in luto diuiciarũ & deliciarum erigi & releuari nõ ſinunt. hi ſunt thauri pingues/de quibus conqueritur dominus chriſtus in Pſal. Thauri pingues obſederunt me. Hoꝝ thauroꝝ congregatio eſt in vaccis populorum/ad hoc vt excludant eos: qui probati ſunt argento. Excludunt inq̧ ab officio: & poteſtate regendi currum iſtum:& hoc ne releuetur per eos. Non enim amant in curro iſto: niſi immerſionem in

UVA. BHSC. IyR_245_3

lutum deliciarum & diuiciarum. Pręterimus' multa alia officia pręlatorum. Sex iſta tibi ſufficere arbitrãtes ad declarandum quanta perfidia: & pernitioſitate maculent intentiones ſuas pręlati/circa perſonas/ quas male vocant: ex cauſis dico mouentibus & efficiẽtibus: ſimiliter et ex ipſis finalibus. Si enim dei honor et animarum edificatio atqꝫ ſalus: in iſtis vocationibus nõ attenditur finaliter ab eis/debito & proprio fine tam ſanctum opus priuant atqꝫ detruncant/tamqꝫ deo gratam oblationem mũdorum et viuorum caudam animalium mutilant. Modus etiam vocationis non abſqꝫ pręmiſſa oratione vocãtis/ atqꝫ cõfeſſione et purificatione vocati / a ſanctis epiſcopis fieri conſueuit: et quod in ingreſſu religionum ſiue vocationibus ad religiones generaliter obſeruat. Seculares vero ſeu ſecularium ac ſingularium eccleſiarum canonicorum eccleſię/ſolam raſurã coronę hodie/et reciſionem capillorum requirunt: alia negligẽtes vel vocatorꝫ fidei cõmittẽtes. Inueſtitione vero vocatorꝫ panẽ et librum adhibent ſignificãtes ꝑ panẽ tempale ſuſtẽtationis victũ: ꝑ librum ſeruitiũ eccleſię/quod in hoc/ vel in illo/vel alio cõtinet. Exprimit/ quod ei qui ſic vocat ad ſeruitium ipſius eccl'ię/ei ꝑſtet huiuſmodi beneficiũ: et ipſi q vocant ſub hac forma recipe et recipi ſolẽt. Vnde nõ ſunt iſta de ſubſtãtia collatiõis ſeu inueſtitiõis vt multis viſum eſt et bene ꝓculdubio/dũmõ interiora q per hæc ſignant adſint.

¶ Si em̃ ꝑlatus nõ intẽdit facere quẽ vocat canonicũ: nec vocatus ĩtẽdit fieri canonicus: implicite ( vt vſualit dicit) vel explicite: nec iſte facit canonicũ: nec iſte fit canonicus. Et iſte eſt error quẽ declarare intẽdimus. Sunt em̃ mlti q credunt facere canonicos/et nõ faciunt. Et multi qui credunt effici canonici/et non fiunt. Hoc autẽ ex ea procedit deſipientia: qua etiã nomina officiorũ/onerũ & operum miliciarũ in ſtipendia/emolumẽta/ & beneficia tempora

UVA. BHSC. IyR_245_3

lia detorſerũt. Nemo enim ſani capitis dubitat/quin epi/ ſcopus/archidyaconus/ canonicus/ & ſimilia omnia no/ mina officiorũ/onerũ/miliciarũ clericaliũ & operum/ nõ redditũũ ſint/ aut prębendarũ:aut emolumentorꝝ. Ipſi ta men canonicatus redditus tantũ/ ſimiliter & archidyaco natus/ epiſcopatus nominãt: cũ manifeſtũ ſit veros epos plures pleno iure fuiſſe. ſimilit̃ & veros archidyaconos anteꝙ̃ redditus eſſent. Accedẽtes eñ fructus tẽporales officijs eccleſiſticis:nõ ea conſtituerũt aut creauerunt: & vtinã in multis nõ abſorbuiſſent. Iam ergo diximus q̃a macula prima intentionis epiſcopalis in vocatiõe perſo narũ eſt ex ipſa materia perſonarũ:cũ non fuerit idonea ¶ Secunda macula eſt circa ipſum finẽ vocationis:verbi gratia.Si intendat aliud quã intẽdere debeat in vocatio/ ne pſone: queadmodũ ſi intendat pſonã tãtum ditare & honorare aut eidẽ eccleſie nõ ꝓuidere. ¶ Tertia macula eſt ex cauſa q̃ mouet ipſum: vtpote pecunia vel carnalis affectio.¶ Quarta ſi nõ reuererẽter & ſc̃tẽ ſc̃tã iſta officia imponat & ſancto corpi eccleſię ſuę indeuote mẽbra no ua ſociet & cõiungat. Nõnulli eñ platorꝝ ſeculariter tñ & prophane/vocationes iſtas ſanctiſſimas faciũt nõ ali/ ter vocantes ad iſta officia/ꝙ̃ ad fœda ſecularia & ſterco ra temporaliũ.Sic eñ introducẽde ſunt perſonę in eccle/ ſijs vt animalia ſancta ad imolandum iugibus diuinorꝝ officiorũ exercitationibus/ſicut munera p̃cioſa/ſicut gra ta deo exenia/ ſicut ſacratiſſimę oblationes ſuper altare quę oĩa raſura noua & habitus ſignãt in ingreſſu eorꝝ: q̃ enim oblatio offerri poteſt deo adeo accepta/ vt perſona ĩmaculata & ſancta/ honeſtate decora/& luminoſa in ec/ cleſia ſua ad ſeruiendũ ipſi:Longe eſt ab huiuſmodi ob/ latione latronum ſpelunca et in ſpeluncas introductio: et ſcorpionũ ac reptiliũ aliorũ immundorũ animaliũ/inha/ bitacula ſua immiſſio ſiue inductio/ ꝙ vtiꝙ̃ non tantum

UVA. BHSC. IyR_245_3

ſepe fit: ſed aliter rariſſime.

IN primis ergo querimus hic. An poteſtas prelatorum limitata ſit circa pſonas idoneas/ queadmodum poteſtas mādatarij: quod ſi eſt limitata hoc modo. Queadmodum igitur mandatarius cū excedit fines mandati/ irritum eſt/ quod agit extra fines. Irrita eſt igitur collatio vl' vocatio prelati: ſi eam faciat de nō idonea perſona. Sicut & nos cuidam amico noſtro de nobiſmetipſis reſpōdiſſe meminimus: cū enim accepiſſet a quodam epiſcopo mādatum per litteras eiuſdē expreſſum: vt prebendā quandam in eccleſia eius vacantē conferret bono viro & nobis eam offerret. Reſpondimus ei quod nō habebat poteſtatem conferendi/ niſi bono viro/ nec poterat excedere fines mandati ipſius: & ideo nō poterat nobis eam cōferre: qui hoc nō eramus: & hac via euaſimus p dei gratiam illa vice. Quare ſi limitata eſt poteſtas prelatorum in hoc: vt nō ſit eis cōmiſſum conferre/ niſi perſonis bonis & idoneis. Irrita eſt collatio & ipſo iure non valens: ſi alijs perſonis eam facere preſumpſerit. Qualiter autē melius vel expſſius limitari poteſt poteſtas huiuſmodi: quā expreſſa & certa pceptione/ quibus dāda ſunt huiuſmodi beneficia & manifeſta phibitione ne alijs dentur. Sicut enim ex ipſa pceptione poteſtas datur talibus dandi ſic prohibitione aufertur poteſtas alijs dandi. Amplius quis dubitat/ quin in omni mādato/ quod a ſuperiori recipitur/ id ſolū faciendi quod mādatū continet/ phas det & eorū ſine quibus mandatū eorum adimpleri non poteſt: & quoniā ſi extra hoc pſumptū fuerit irritū fit ipſo iure. Amplius nemo dubitat quin in parte iſta plati diſpenſatores dei ſint. ſicut dicit apl's in. iiij. ad Corinth. Quare fidelitas etiam requiratur a diſpenſatoribns. ſicut ibidē legitur. Si infideliter diſpenſant fures & latrones ſunt cum iuda/ qui diſpēſanda pauperibus dedit vxori & filijs. Ne



UVA. BHSC. IyR_245_3

mo enim dubitat/quin vxor iude participans cum iuda/ in huiuſmodi furto/furti rea fuerit/ſi ſciēter participauerit:& quin huiuſmodi reſtituere teneret. Quare qui ab huiuſmodi furibus prelatis eccleſiaſtica bona ſcienter recipiunt/nihil iuris habent in huiuſmodi collatione & ea nullo iure detinere poſſunt. Quod ſi dixerit ꝙ hec ignorantes.ſ.furtiui prelati ignorātia excuſat eos a culpa. Reſpondemus:& ſi ignorātia eū excuſet a culpa: nō tamen facit ius. cū ex ſola legittima collatione acquiratur ius: ſi aliud de premiſſis nō obſtiterit. Hoc em̄ eſt queadmodū ſi aliquis nō eſſet legitimus filius:ſi credens ſe eſſe legitimū detineat hereditatē eius:cuius ſe eſſe credit filium excuſatur a culpa detētionis per huiuſmodi ignorantiā vel errorē. Verūtamē ꝓpter hoc nō habet ius. Amplius: aut eſt cōmiſſum prelatis/ vt talibus conferāt ſolūmodo/ aut eis cōmiſſum eſt/vt conferāt ꝓ voluntate & libito: aut cō miſſum eſt fidei ſeu fidelitati ipſorum. Quod ſi eſt commiſſum vt talibus tm̄:ergo redimus ad id in quo eramus prius: videlicet de mandatario excedente fines mandati & de iudice dicēte ius extra territoriū. Cum igit̄ de diſpē ſandis beneficijs eccleſiaſticis/hoc ſolum prelati in mandatis receperint/vt ea diſpenſent perſonis idoneis:qcqd vltra preſumunt/ipſo iure irritū eſt. Nec ſolū eſt vſurpare officiū poteſtatis non cōmiſſe/ſed & ꝓhibite: cū aperte ꝓhibeant̄ ꝑſonis nō idoneis illa conferre. Amplius q̄liter cōmiſit deus diſpenſatori facere:quod idē ꝓhibet facere:vindicat atqꝫ punit? Quod ſi cōmiſſum eſt eis ꝓ volūtate: cōtradicit apl's.ij.ad Corin.vlti.his verbis. Poteſtatē quā dedit deus nobis in edificationē/nō in deſtructionē. Et iterū. Non em̄ poſſumus aliquid aduerſus veritatē ſed pro veritate. Amplius ſi ita commiſſum eſt:vt ꝓ volūtate & libito diſpēſent: ergo deus ratū habet quod inde ſic fecerit:non igitur vindicabit/ quod tam malis & tam

UVA. BHSC. IyR_245_3

male abutentibus conferunt: quare tam iniquam tam ꝗ fraudulentam adminiſtratione͂/ immo diſſipatione͂ non vindicabit dn̄s. Quid ergo vindicabit? ſi hanc impunitā relinquit. Amplius dicit beatus Bernhardus i libro que͂ ſcripſit de diſpenſatione & precepto exponens verbū illud regule beati benedicti: ſi omnia ſint in diſpenſatione abbatis/ non eſt inquit dictum in libera voluntate abbatis/ ſed in diſpe͂ſatione: hoc eſt in prudentis ac fidelis ſerui diſpoſitione. Quod ſi nec vnum aſperum aut iniquū monachi verbum/ commiſſum eſt libere voluntati abbatis ſui: quanto fortius tantorū officiorū atꝗ beneficiorū collatio vnius aut multoꝝ nō eſt cōmiſſa libere voluntati prelati eccleſie. Amplius cū nihil infidelius/ nihil inſanius inueniat̄ huiuſmodi volūtate p̄lati/ qualiter credendum eſt optimū & ſapientiſſimū deum/ tot & tanta commiſiſſe tam infideli tam inſane voluntati. Quis em̄ hominū tam infideli diſpenſatori paucos denarios cuſtodiendos/ aut diſpe͂ſandos cōmitteret. Pulchre ſiquidem ep̄m habente͂ pirum onuſtā fructibus: & volente͂ archidiaconatū queda͂ conferre robinulo nepotulo ſuo/ quidā deluſit: cū interrogaret ep̄s cui pirū illā cōmitteret cuſtodiendam: & reſponſum eſſet eidem a quodā: vt illā memorato robinulo cōmitteret. ep̄uſꝗ dixit: abſit: q̄a pira illa oīa deuoraret. Dixit ep̄o. dn̄e qualiter cōmittetis robinulo illi tot milia animarū cuſtodienda: cū tam pauca pira committere non audetis? Quod ſi dixerit/ quia non eſt ita cō miſſum volūtati p̄lati: vt deus ratū & gratū habeat/ q̄cq̄d inde facere voluerit. ſi poteſtas ei data eſt/ ſicut pilato crucifigere dn̄m: videat ipſe p̄latus ne abutat̄ eade͂. Quoniā abuſione͂ eius non relinquet dn̄s impunitā. Permiſſio igitur eſt non cōmiſſio & deo permittente ita diſſipat/ non diſpenſat p̄latus: quare non habet poteſtate͂ in his/ niſi ſicut fur in rebus furtiuis. Amplius bona/ q̄ elemoſinario



UVA. BHSC. IyR_245_3

tradita ſunt ex officio elemoſinarij: cōmiſſa pauperū ſta-tim ſunt/poſtq̄ eius in manibus poſita ſunt: nec eſt de ce-tero/niſi pauperum nuncius aut diſpēſator: quare domi-nium aut proprietatem/non poteſt clauſis manibus ele-moſinarius in alios trāſferre. Et ſi alij de manibus eius ac-ceperint/ea non poterunt retinere. Manifeſtum eſt prela-tos huiuſmodi beneficia alijs quam idoneis conferre nō poſſe/vel ea ſua facere aliorū: quare manifeſtum eſt alios nihil iuris habere ex huiuſmodi collationibus: & ita nec eſſe archidiaconos. Quod ſi dixerit aliquis q̄ nō volun-tati/ſed bone fidei cōmiſſa eſt collatio horum beneficio-rum. Videtur ergo poteſtas illa limitata bona fide: quare extra bonam fidem nihil habet. Si igitur contra bonā fi-dem pro voluntate huiuſmodi aliquid p̄ſumpſerit ipſo iure (vt ſupra dictū eſt) nihil agit: quare ipſo iure nō ſunt canonici taliter inſtituti. Amplius aut iſta beneficia tradi-ta ſunt ei vt ſua/aut vt aliena. Et notū eſt quod non vt ſua ergo nullum eorū poteſt proprijs vſibus applicare: nec in alios vſus tranſferre. Sed nec habet illa vt depoſitarius cū neceſſe habeat illa diſpēſare. In manu igitur eius ſunt ſicut in manu diſpenſatoris: quemadmodum elemoſyna in manu elemoſinarij/ vt diximus & tanq̄ aliena alieno quidem iure nedum facto nec poſſeſſione. ¶ Querimus ergo quorum ſint iure huiuſmodi beneficia aut perſona-rum idonearū ſolummodo aut malarum. Cum ergo ne-mo audeat dicere malarū aut ineptarū/iure ſunt ſolūmo-do bonarū perſonarum. Si igitur alijs preſumat prelatus conferre de facto raptor eſt: & ipſe qui cōfert/ & qui ſciē-ter recipit: ipſe quidē quia ius aufert ab eo cuius eſt quā-tum in ipſo eſt. Recipiēs vero quia detinere preſumit ius alienum: & hoc ſiue ſcienter ſiue ignoranter: vt ſupra di-ximus. Intellige autem quod dicimus de officio elemoſi-narij: quia poſtq̄ portio diſtribuenda pauperibus eidē

UVA. BHSC. IyR_245_3

ad diſtribuendum tradita fuerit a domino ſuo/ ſtatim in ius pauperum tranſiuit/& nomine pauperũ eam elemoſinarius de cetero cuſtodit: nec licet huiuſmodi portionẽ domino/ niſi quaſi mutuo acceptã de cetero alijs vſibus applicare. Et hoc notũ eſt ex conſuetudine magnatum: ſimiliter & ex cõſuetudine abbatũ. Amplius manifeſtum eſt generaliter diſpenſatorem non poſſidere ea quæ ſibi tradita ſunt ad diſpenſandum: nec habere in eis dominiũ habet igitur ea vt ſeruus: nõ ſolum eius a quo recipit: ſed etiam familię cui diſpenſare habet bona commiſſa ſibi. Querimus ergo cuius diſpenſator familię ſit a deo conſtitutus in beneficijs & officijs eccleſiaſticis. Nemo audet dicere quod conſtitutus ſit a deo diſpenſator beneficiorum & officiorũ eccleſiaſticorum ad opus familię diabolice vel in vna parte vel in toto. Quare ad opus bonarum & idonearum perſonarũ tantũ conſtitutus eſt a deo diſpenſator: quare & ad opus earũ & nomine earum habet in manibus officia & beneficia eccleſiaſtica: non igit͛ niſi per furtũ & rapinã tam ſuam quã recipiẽtis poteſt ea transferre in alias perſonas. Amplius officia omnia & beneficia eccleſiaſtica ipſius corpis eccleſię ſunt iure indubitato: vſurpatio igitur eſt rapina & furtũ ea dari mẽbris diaboli vel ab eis acceptari. Amplius ex verbis domini in euangelio ſacro. Non eſt bonũ panẽ filiorum ſumere & mittere canibus. quare ergo neqꝫ licitũ: neqꝫ iuſtũ. magis autem illicitum: inhoneſtũ eſt & iniuſtum auferre filijs. Aufertur autẽ filijs panis temporalis ſuſtẽtationis/& mittitur canibus/ cũ dignis/ idoneis/ & bonis pſonis ſubtrahitur & malis confertur. Vides ergo manifeſte in his furtum & rapinam prelatorũ malorũ. Qꝫ ſi quis dixerit bone & idonee perſone ius habent in beneficijs eccleſiaſticis/ſed non actionem: verũ dicit vtrũqꝫ ꝙ nullus ſingularis habet actionẽ ſingularem in quocũqꝫ beneficio ra



UVA. BHSC. IyR_245_3

tione bonitatis & idoneitatis ſue. Verũtamẽ ꝑlatus gene ralis eſt tutor totius eccleſię dei bonarũ omniũ & ſingu⸗ lorum perſonarũ. Quare pro omnibus & ſingulis poteſt agere ius ſuum quod tam nequiter/ tamq; imprudenter & fraudulenter aufert̃ bonis perſonis reſtituere/ fureſq; & latrones/tam male conferentes/quã male recipiẽtes de medio tollere/ & poteſtate qua ſunt abuſi priuare. Am⸗ plius nunquid queuis domus pauperũ non habet pro⸗ curatorem aut ſaltẽ habere non poteſt/ſic cui vice paupe rum( licet in generali ) ad domũ ſuã pertinentiũ reſpon⸗ deat de bonis ad illos pertinentibus cũ nullus ꝑ ſe actio⸗ nem aliquã habeat in bonis illis. Cur non etiã & paupe⸗ res illius epiſcopatus poterũt ſimiliter habere cõmunem procuratorẽ? quare & omnes pauperes chriſtiani & bo⸗ ni qui officijs & beneficijs eccleſiaſticis idonei ſunt/com⸗ munẽ vnũ poterunt habere procuratorẽ/ quicquid autẽ ſit de illis/ nunquid eccleſia vnaqueq; poteſt cõtra pręla tum ſuum agere ſuper eo quod eã non edificat vt bonus & fidelis architectus. Amplius tenetur ne quelibet eccle⸗ ſia recipere in canonicũ & fratrẽ/ quẽlibet quantũcunq; criminoſum & infamẽ? Certum eſt quod nõ/immo tene tur repellere ſiue nõ admittere. Non autem poteſt vel te netur repellere aliquẽ qui ius habeat/quare nullus huiuſ modi ſortitur ius in huiuſmodi beneficio ex collatione ꝑ lati: non valet ergo collatio pręlati/nec ipſo iure extendit̃ poteſtas hęc pręlatorum vſq; ad perſonas non idoneas/ non eñ propter hoc ſi ignoratur crimen vel criminoſi⸗ tas perſonę alicuius minus criminoſa eſt/nec ignorantia criminoſitatis ſue preſtat ei ius/ ſed impedimentum ipſi eccleſię reuera preſtat/quo minus ipſum vel nõ admittat vel repellat. Quod ſi dixerit quis/quia libera eſt poteſtas pręlatorũ in parte iſta( licet prohibiti ſint )vel male vł ma lis conferre/quemadmodum poteſtas liberi arbitrij/ libe

UVA. BHSC. IyR_245_3

ra eſt in homine ad percutiendum aliū & non percutien
dum/ & prohibetur homo percutere/male tamen ſi ꝑcuſ
ſerit percuſſum eſt/ & percuſſio aliqua nonnulla eſt vllo
modo. Eodem modo ſi cōtulerit pręlatus/ collatū eſt/ &
collatio aliqua eſt nōnulla ipſo iure. Reſpondemus quia
percuſſio in facto conſiſtit/ neq; pendet vllo modo ex iu
re: qa nec liberi arbitrij poteſtas ius eſt. imo magis eſt vis
naturał/ vł ſi forte ius eſt/ nō eſt niſi ius naturale. Poteſtas
autem diſpenſandi beneficia ius eſt & officium ipſis prę
latis certis finibus limitatum/ quare ex huiuſmodi officio
non poteſt niſi quantum de iure poteſt pręlatus. Hoc au
tem conſiſtit infra limites huiuſmodi poteſtatis/ & limita
tio iſta patebit melius in ſequentibus.

POſt hæc quęrimus. Vtrum ad hoc quod aliquis fiat
verus canonicus aut verus archidiaconus/ requirat̄
intentio p̄lati cōferētis vł inſtituētis. Intentio inq̄/ qua in
tēdat eū facere canonicū vł archidiaconū veri nominis.
verbi gratia. Si pręlatus intendat eū facere diuitē ſolūmo
do/ ſiue cōferre ei tp̄alia/ nullo modo intendens eū onera
re officio/ nō cogitās neq; curās de officio vel onere/ nec
in confuſo/ nec in generali: hoc eſt nec implicite/ nec expli
cite/ nec in vniuerſali/ nec in particulari. Vbi aperte vi-
detur/ ꝙ cum principale ſequat̄ acceſſorium & non econ
trario/ cū nō intendat/ niſi acceſſoriū emolumenti tempo
ralis/ & nullo modo pricipalis oneris/ vt diximus in hoc
caſu ex neceſſitate & ſi conferret emolumentū tempora-
le vel fructus nō cōferret canonicatū vł archidiaconatū:
qm̄ canonia vel archidiaconatus noīa ſunt officiorū &
onerum/ nō emolumētoꝝ/ quare nō eſſet archidiaconus
ſcd'm veritatē/ vel canonicus ſic vocatus & ſic receptus.
Cū huiuſmodi officiū nō eſſet ei impoſitū vł collatū: & ſi
adminiſtraret/ hoc ſolūmō ꝑ vſurpationē faceret/ nō per
ius. quēadmodū ſi abbas aliqs ī abbatia ītēderet cōferre

UVA. BHSC. IyR_245_3

alicui monachales victus & veſtitus temporalis portio-nem nō intendens eum facere monachū: nullo modo haberet vtiq; huiuſmodi homo victus & veſtitus corporalis monachalem portionē/cum omnino monachus non eſſet. Similiter ſi valeret pręſcripta plati collatio/ haberet ſic vocatus ab eo canonicalem vel archidiaconalem temporalium prouētuum portionē. Verum quoniā portio illa temporaliū annexa eſt officio archidiaconali vel canonicali: & omnino nō poteſt conferri ſine illo. Manifeſtum eſt igitur q̄ in pręſcripto caſu nō confertur illi ſine onere/cum non poſſit/neq; cū onere/ cum onus omnino incollatū maneat/ ſi ad eius collationē intentio requiratur. Q; ſi dixerit/qd' ſufficit qd' platus intēdat in generali ſiue in vniuerſali onus vel officiū imponere perſone/quā vocat/vel ſecundario licet principaliter intēdat eidē emolumentū temporale conferre. Dicimus/quia in hoc caſu intētio illegittima eſt/ & puerſa omni modo. Econtrario enim debet intēdere & facere. Debet enim principaliter onus & officiū intēdere perſone/vel q̄ ſcd'm deū magis eſt perſonam officio & oneri prouidere. Quia igitur hęc eſt lex dei in cordibus omniū recte intelligētiū & ſane ſapientium ſcripta. Lex inq; ſcd'm quam inſtituendi & creandi ſunt qui officijs & dignitatibus eccleſiaſticis preficiuntur. Manifeſtum eſt illos nō eſſe archidiaconos vel canonicos qui nō ſcd'm hanc legem creati vel inſtituti ſunt quemadmodum lex ſęcularis dicit decurionē non eſſe/q̄ ſcd'm legem creatus non eſt: quantomagis qui contra legem creatus eſt. Amplius huiuſmodi vocatio eſt contra deū & rationē/ergo nec canonica nec legittima. Amplius non ex officio ſic vocat prelatus/ īmo contra officium & abutens ipſo/īmo quod verius eſt vſurpans quod nō eſt ſuū/ & quod non pertinet ad officiū ſuū/immo eſt cōtra illud. Nō valet igit' ipſo iure qd' facit. Quia ſi dixerit

UVA. BHSC. IyR_245_3

intentio non requirit̃ vllo modo prelati/adeo manifeſtus
eſt error eius/vt dignum illum penitus diſputatione non
iudicemus. Neceſſaria eſt igitur intentio prelati/ qua in-
tendat officiũ & onus imponere perſonę quã ad hoc vo
cat:quare neceſſe eſt credere vel ſcire prelatũ de perſona
huiuſmodi ꝙ idonea ſit exequi officiũ & portare onus:
alioquin fruſtra/ immo ridiculoſe intenderet. Manifeſtũ
eſt igitur limitatã eſſe poteſtatẽ ipſius/ & officiũ/ cum in-
tẽtio eius ita limitata ſit atqꝫ credulitas. Cum eñ neceſſe
habeat intendere officiũ & onus imponere perſone ido-
neę/& etiam credere ꝙ perſona vocata idonea ſit ad vtrũ
qꝫ:multo fortius neceſſe habet ex officio vocare idoneos
quare non licet ex officio vocare alias vel alterius modi/
quare per vſurpationẽ & excedens fines officij alias vo-
cat. Amplius querimus. Si vocauerit impotentẽ ad offi-
cia eccleſiaſtica ex toto. verbi gratia. Impotentẽ ad pſalle
re/legere/& cantare/puta mutũ/valeret ne huiuſmodi vo
catio de iure ad iſta officia? Quod ſi valet de iure erit iſte
lector/ vel pſalmiſta/ vel cantor ex huiuſmodi vocatiõe/
quod ſi vocatione ſola/ ſiue nuda confertur huiuſmodi
officiũ perſone/quę nõ eſt huiuſmodi officij ſuſceptibilis
eadem ratione poſſet dici & ſtatua vocari lapidea vel li-
gnea. Idem & dicẽdum videtur de paruulo/qui impotẽs
eſt exequi archidiaconale officiũ. verbi gratia. Nec do-
cere poteſt populũ/nec iudicare/nec correctiones aut vi-
ſitationes facere. Ex quo ſequit̃ archidiaconatus multos
iam multis annis vacaſſe: videlicet annis ꝓulitatis deti-
nentiũ/& metropolitanis ſubiectos eſſe aut eos non ſolũ
negligenter/ ſed damnabiliter diſſimulaſſe.

Poſt hoc querimus an requirat̃ cõſenſus perſone vo
cate ad hoc ꝙ fiat canonicus vel archidiaconus/ &
cuiuſmodi cõſenſus/& in qd/& manifeſtũ eſt ꝙ omnino
inuitus & neſciẽs nõ põt fieri canonicus nec eſſe quãdiu



UVA. BHSC. IyR_245_3

eſt inuitus cogiq; poteſt per cenſurã eccleſiaſticã: ſicut & in prelationibus fieri cõſueuit: ſcilicet ad hoc vt de volũtate fiat/ vel efficiatur volens/ quod ſi requiratur conſenſus perſone vocate/ manifeſtum eſt/ ꝙ paruuli vocati ad canonias vel ꝑſonatus eccleſiaſticos/ nec efficiunt̃ canonici/ nec perſone tales/ cum cõſentire in ea ætate non poſſint. Amplius cum vocetur ad officiũ & onus qui rite vocatur: neceſſe ergo habet cõſentire in exequendũ officiũ & portandum onus ad quod vocat̃. Onus autẽ vel pars oneris eſt canonicũ eccleſie ad quã vocatur ſeruitiũ. Vbi igitur nõ conſentiat in dicendo ſeruitiũ eccleſie illius/ & faciendo iuxta morem eccleſie nõ efficitur canonicus eccleſie illius. Et hoc eſt ꝙ in ipſa inueſtitione prebende/ cõſuetudine vocantis exprimitur. His eñ verbis inueſtiri conſueuerunt. Inueſtimus te de prebenda que illius fuit ad honorem dei/ & ſeruitiũ ipſius eccleſie. Quare obligatur expreſſe ad dicendas horas canonicas iuxta morem eccleſie illius. Amplius ſicut eccleſia ei obligatur ad emolumentum temporale & alia/ que debet eccleſia filijs ſuis immo membris ſuis: ſic & ipſe qui ad eam vocatur/ obligatur eccleſie ad portandum onus eccleſie illius pro rata ſua/ hoc eſt/ prout ei cõpetit vt filio & membro illius. Potiſſima autẽ pars oneris eſt ipſum officiũ eccleſiaſticum quare obligat ſe ex neceſſitate ad illud. Q; ſi non poteſt obligare ſe ad illud quacunq; ex cauſa/ ſiue quia obligat̃ ad aliud/ quod iſtud ſeruitiũ ſecum nõ patitur. manifeſtũ eſt ipſum nõ poſſe conſentire in huiuſmodi: niſi abſolutus recedat ab alia. Conſenſus eñ in duo que ſeſe nõ cõpatiuntur/ impoſſibile eſt/ ꝙ obliget ad ambo/ quare vel ad neutrum obligat quod eſt inconueniẽs/ vel ad alterũ ſolum: & ita abſoluit ꝑ conſequens ab altero. Amplius ſi nõ conſentit in officiũ & onus portandum. ergo nõ conſentit/ vt fiat canonicus/ cũ fieri canonicũ non ſit niſi ſuſci

UVA. BHSC. IyR_245_3

pere officiũ: quare nõ efficitur canonicus vllo modo vel archidiaconus. Amplius fieri canonicũ alicuius eccleſię/ eſt fieri membrꝝ & filium eius. Ponamus ꝙ tota illa eccleſia ſit ſancta & imaculata macula mortali: certũ eſt ꝙ malus qui vocat̃: & ꝑſiſtit in malicia ſua: nõ efficit̃ membrũ corꝑis eccleſię illius: & ſi putetur/ necꝫ efficitur filius/ immo remanet adulter. ergo nõ efficitur canonicus eccleſię illius. Amplius illa eccleſia tota eſt ante aduentũ illius de corpore chriſti miſtico & viuo: quod totũ viuit de ſpiritu chriſti: hoc eſt de ſpiritu ſc̃to: viuit vticꝫ vita gratię. Iſte autem totus foris eſt/ & totus foris remanet/ totus in corpore/ & de corpore diabolico: nõ efficitur ergo de eccleſia gratia illa ꝑ huiuſmodi vocationẽ. Amplius nõ incorporatur ille eccleſię: & ſi forinſecus videatur ei coniungi Amplius huiuſmodi lapis remanet in vera babilone ſpirituali: ergo nõ tranſfertur in eccleſiam illam/ quę eſt vera iheruſalem ſpiritualis. Imcomparabiliter enim magis diſtãt ſpiritualiter ſpiritualis babilon & ſpiritualis iheruſalem/ quam litterales corporaliter. Amplius iſte lapis remanet in edificio ciuitatis diaboli/ quę eſt babilon ſpiritualis. remanet incꝫ totaliter. ergo non aſſumitur in edificium ſpirituale. Amplius nunquid non tenetur homo ſic vocatus mutare vitam ſuã malam in bonã/ ex ipſo debito vocationis? Ad ſancta eñ officia non licet vncꝫ accedere in peccato mortali: quare eo ipſo ꝙ non corrigitur: nec recedit a malicia priſtina: deterior efficitur quã eſſet prius: quare edificio babilonis profundius infigitur & tenacius agglutinatur. non ergo in edificium eccleſię veri nominis aſſumitur. Amplius eccleſia remanet adhuc detruncata vno membro: videlicet canonico pro quo vocatur iſte qui ſanctus erat iuxta potentiam noſtrã/ & aliud membrum ei pro illo non reſtituitur/ quare locus membri illius remanet vacãs & vacuus. Iſte eñ nõ eſt poſitus



UVA. BHSC. IyR_245_3

in loco eius/cum de loco ſuo quem habet in edificio babilonico/ſeu demoniaco motus omnino non ſit. Si cõtingat igitur ſimiliter de membris alijs omnibus eccleſia illa tota vacans eſt & vacua. Edificiũ enim babilonicũ nõ reſtituit neq̧ reſarcit detrimenta bonorũ eccleſię ac viuorꝝ lapidum. Amplius autẽ pręlatus tenet̃ edificare verã & ſanctã iheruſalem/cum ſuppetat ei copia quadratorũ & cedrorum/aut non tenetur: & iterũ aut prohibetur edificare babilonem: aut nõ prohibetur. Quia ſi tenetur edificare iheruſalem & prohibetur edificare babilonẽ/maniſeſte limitata eſt poteſtas eius circa bonas & idoneas perſonas/cum ex alijs non poſſit edificari vera iheruſalem. Qꝫ ſi dixerit/quia nõ/prohibetur edificare babilonẽ/quicquid autẽ non prohibetur permittitur & eſt licitum. Permittitur igitur & licet ei edificare babilonem/cõtra quod inconueniens non eſt diſputandum/ niſi igne & gladio. Amplius eius cõſenſus qui reqritur in perſona vocata/ ad hoc vt fiat canonicus veri nominis/ eſt vt ſit cõſenſus matrimonialis: quod ſi eſt: neceſſe eſt igitur vt conſentiat in reddendo debitũ ſpirituale/ſiue copulam ſpiritus. Debitum autẽ ſpirituale ſicut diximus/ canonicũ officiũ & onus eſt: quare qui proponit huiuſmodi debitũ nunq̧ reddere/ nec qui nõ ꝓponit ipſum debitũ reddere cõtrahit huiuſmodi matrimoniũ cum alterum expreſſe diſſentiat a copula ſpirituali/ ſiue a redditiõe debiti. Alter vero non conſentiat in ipſum. Amplius ſi quis virgo perſiſtat corde in ꝓpoſito virginitatis quicquid dicat exterius nõ contrahit matrimoniũ cum in carnalem copulam nõ cõſentiat/quare ſi iſte perſiſtat in propoſito ecõtrario ei ſtatui/vel officio quod deſignatur per huiuſmodi nomẽ canonicus non matrimonialiter conſentit in ipſum vel in illud. Amplius ſi quis in corde retinet ſecularitatẽ/ hoc eſt vt proponat in ea perſiſtere ꝙcquid dicat vel faciat exte-

UVA. BHSC. IyR_245_3

rius nō efficitur veri nominis monachus: ſed eſt fictus ſi ue pictus & falſus monachus: ergo ſi aliquis retineat in corde propoſitū viuendi ecōtrario vite canonicali/quicquid vel agit exterius/nō veri noīs/ſed fictus & pictus & falſus efficitur canonicus. Amplius habitus & tōſura ex terior/ & quecunq alia foris apparentia non faciūt monachum/ſed ſignant & oſtendunt. Vita igitur monachalis viteq illius propoſitum monachū verū & veri nominis faciunt. Sic canonicū nō tonſura canonicalis & habitus exterior ceteraq exterioris conuerſationis apparētia non canonicū verū & veri nominis efficiūt: ſed ſignificāt aut oſtēdunt/ quare qui totum habet contrariū interius nō canonicus eſt veri nominis: ſed pictus fictus & falſus. Amplius clericalis religio eſt/ quā vnuſquiſq in ſuſceptione primę tōſure ingreditur. Et hoc apparet ex rationibus ipſis quę in impoſitione primę tōſurę dicuntur. In prima em̄ dicitur. Oremus dilectiſſimi dominū deū noſtrum pro hoc famulo ſuo vt donet ei ſpiritūſanctū/ qui habitum religionis in eo perpetuum cōſeruet: & a mūdi impedimento vel ſęculari deſiderio cor eius defendat. Et in tertia oratiōe dicimus. Hunc famulum tuū benedicere dignare: cui in ſancto tuo nomine habitū ſacrę religionis imponimus. De quacūq autem religione manifeſtū eſt: quia eam nullus ſuſcipit vel intrat qui contrariū eius in corde propoſitū geſtat/quare qui laicaliter viuere corde proponit clericatum nō ſuſcipit/ſed falſum eiuſdem ſignum ſolūmodo & inanem ſiue vacuā a veritate picturam/q ſi nec clericatum quis ſuſcipit: quātomagis nec canonicatum. Qui em̄ neq clericus eſt/ neq vnq fuit: nec canonicus eſt: nec archidiaconus: nec epiſcopus: niſi forte (ſicut diximus) pictus & fictus. Amplius ſi eſt corde hereticus/quicquid agat exterius/non eſt verus aut veri nominis chriſtianus. Similit ſi ſaracenus/ſi paganus/hoc



UVA. BHSC. IyR_245_3

eſt idololatria.Si corde igitur totaliter ſit laicus/ nō eſt ve
ri nominis clericus:ſimiliter & ſi corde ſit irregularis/nō
eſt veri nominis canonicus. Corde autem intelligimus
propoſito & voluntate. Amplius ſi ſigna exteriora non
faciunt veri noīs canonicos/aut monachos/aut etiam cle
ricos:vel quod minus videtur chriſtianos: qui igitur ni-
hil aliud habent/ niſi ſigna exteriora/nil habēt quod effi-
ciat eos tales/quare nil habent vnde ſint canonici vel mo
nachi/vel clerici: quare nec canonici ſunt/ nec clerici/ nec
aliquid huiuſmodi.Item ſi clericatus etiā eſt religio/quā-
to fortius & canonicatus.Manifeſtum eſt autem ꝙ neq;
arctam neq; amplam religionem ſuſcipit vel ingreditur
qui nec de religione illa vel alia curat/cogitat/ vł intendit
quare qui non religioſi effici/nec religioni aſtringi inten
dunt/canonici omnino nō efficiūtur: & quoniā nulla eſt
religio/vel ampla/vel arta/quę principiū ſui vel principa
lem ſanctitatē vitę nō habeat/ ſecūdario vero & annexā
illi tonſurā/habitū/eccleſiaſticū officiū/ac proprias & ſpe
ciales obſeruantias. Manifeſtū eſt ꝙ nō conſentit in reli-
gionem/qui principiū eius & principale:hoc eſt vite ſan
ctitatē/qualem illa religio requirit/ vel emittit/ vel exclu-
dit:intentione & corde omittit.Omittit autē qui nec cogi
tat/nec intendit.Excludit qui contrariū proponit. Mani-
feſtum autē eſt hoc in omni alia religione.Amplius ſi no
men religionis quis abhorret:vocetur canonicalis hone
ſtas illa que requiritur in canonicis/vł canonicalis ſancti
tas. querimus/an in illam ſuſcipiendā/obſeruandā/& cō
ſeruandam cōſentiant:& in illam ſe obligent/qui ad talia
vocantur. Videt̄ em̄/ vt quēadmodum monachus ad ꝑ-
fectionem monachalē ſe habet:ſic canonicus ad ſanctita
tem:vel ſaltē honeſtatē clericalē.Quare ſi ille nō efficitur
verus monachus:niſi ad perfectionē monachalem ſe ob
liget & aſtringat ſpontaneo cōſenſu.ſic nec iſti efficiunt̄

UVA. BHSC. IyR_245_3

canonici: niſi ad canonicalē ſanctitatē: & vere ſe ad illam aſtringant: ſed foris remanēt. & ſic illi ſunt fures & latro-
nes: niſi ſe ad honeſtatē ſpontaneo conſenſu/ aliq̄ modo obligēt vel aſtringāt. Non dicimus voto: quia forſitan li-
cet inde reſilire. vt ipſi affirmāt: quod tamē hic nō diffini-
mus: nō em̄ leuē habet/ nec facile determinabilē q̄ſtionē Ad minus ergo aliquo modo ſe obligant: ſaltē quaſi taci
to pacto: vel quaſi matrimoniali cōſenſu ( ſicut diximus) ad honeſtatē illam ſeu ſanctitatē clericalē. Queadmodū igitur nō intrat monachus monachatū niſi conſentiat in monachalē ꝑfectionē: ſed foris remanet tanq̄ ſimulator mendax. ſic nec iſte in canonicū/ niſi conſentiat in canoni
calē ſanctitatē & ad illā ſe aſtringat/ ſed foris remanet: ſi-
cut ille fur eſt & latro inter veros monachos. ſic iſte inter veros canonicos. Non em̄ ille illic/ vel iſte hic manet/ niſi propter temporaliū illam portionē/ que ratione ꝑfectio-
nis monachalis/ aut ſanctitatis canonicalis debet. Ampli
us ſicut cōſentit intrans monachalē religionē/ vel mona-
ſteriū/ ī hoc vt ſit de monaſterio illo vľ cōuentu vt ſit mo
nachus monaſterij illius. Renūciat omni cōtrario & om
ni ei quod nō pateret eū eſſe monachū monaſterij illius. Eodē modo iſte intrans eccleſiā canonicalē: ſiue q̄ cano-
nicus eiuſdē efficit renunciat omni ei qđ nō pateret ip̄m eſſe canonicū loci illius. Renūciat igit̄ omni pctō mortali omne em̄ mortale pctm̄ nō ſolū nō patit̄ iſtū eſſe de cor-
pore cuiuſcunq̄ eccleſie veri noīs: ſed nec etiā de corpo-
re totius eccľie vniuerſalis. Amplius ſicut apoſtaſia mo-
nachū ꝑcidit a toto monachatu: ita vt de monachatu nō habeat niſi ſolū caracterē monachalē & vincula votoꝝ quibus aſtrictus eſt ad hoc vt ſit verus monachus. Sic & clericus apoſtata a clericatu ſuo vel canonicatu non ha-
bet niſi caracterē clericalē & obligationē qua obligatus eſt ad hoc vt ſit canonicus vel clericus veri nomis. Sicut

UVA. BHSC. IyR_245_3

ergo non eſt monachus/ qui a monachatu/ ſiue a mona-
chali religione recedens ad contrariũ ſe transfert: ſic non
eſt canonicus nec clericus qui relinquẽs honeſtatem vel
ſanctitatem clericalem ad contrarium ſe tranſtulit/ quare
non ſunt canonici vel clerici ſeculariter tantũ & laſciue vi
uentes. Quemadmodũ neq̧ monachi apoſtatice viuen-
tes/ monachi ſunt/ niſi quis dicat eos eſſe canonicos vł cle
ricos propter caracterem clericalem & obligationem: ſi-
cut de monachis. Quare manifeſtum eſt/ ꝙ remanentes
in ſecularitate & laſciuia ſua non efficiunẗ clerici veri no
minis & canonici: queadmodũ nec efficiũtur monachi.
Amplius perſiſtens in iudaiſmo/ paganiſmo/ vel ſarrace
niſmo non efficitur chriſtianus veri nominis. ergo perſi-
ſtẽs in cõtrario clericatus/ canonicatus/ ant monachatus
nõ efficieẗ vel clericus vel canonicus veri noĩs. Amplius
clericatus contrariũ laicatui eſt: ſimiliẗ & canonicatus ali
quid habet cõtrarium quod eſt illud/ quod eſt totũ diui-
num ſeruitium/ quod in eccleſia dei cantando/ pſallendo/
orando agitur: niſi animarũ patrocinium. Quare qui ad
huiuſmodi officiũ iſtituiẗ aĩaꝝ patronus cõſtituiẗ/ patro
nus inq̧ ſiue aduocatus p̄dictis modis obligatus ad alle-
gãdã cãm aĩaꝝ: vel ꝙ magis eſt ſacrificus. Manifeſtũ igiẗ
eſt/ quia canonicus non efficitur qui cauſam animarũ nõ
ſuſcipit allegandam: quemadmodũ neq̧ patronus/ neq̧
aduocatus in cauſa aliqua conſtituitur/ qui eã agendam
nõ ſuſcipit. Qui igitur nec cogitat de cauſa animarũ/ nec
curat inſtitutionẽ ſuã/ immo potius intendit contrarium
animas ſuas peccatis alligare non efficitur clericus vel ca
nonicus veri nominis. Amplius qui nil ſcit de huiuſmo-
di allegationibus/ nec cogitat/ nec audiuit/ nec in cor eius
aſcẽdit/ nec de cauſa/ nec patronus/ nec aduocatus in hu-
iuſmodi cauſa eſſe poteſt: niſi forte quis dicat aſinum fie-
ri poſſe aduocatum huiuſmodi vel patronũ. Eodem mo

UVA. BHSC. IyR_245_3

do poteſt obijci de ſtipendiarijs medicis: vinearũ opera-
rijs/ & agrorum ſpeculatoribus/ioculatoribus ſpirituali-
bus: & de omni genere operariorũ artificum: qui com-
parantur vel aſſimilantur clericis titulatis. Atteſtãtur au-
tem eis quę diximus raſura capillorum: atq; tõſura/ quę
canonicis inſtituendis ſiue clericis canonicandis indu-
cuntur. Similiter & habitus canonicalis: necnon & mo-
dus collationis ſiue inſtitutionis. Si vero corde nõ abra-
dit a ſe: neq; circũcidit quicquid eſt canonicali honeſtati
contrariũ: ſi propoſito nõ induit nouum hominẽ: quan-
tum ad honeſtatẽ: huiuſmodi proculdubio non efficitur
verus canonicus. Quẽadmodum ſimiliter agens in mo-
nachalibus: nõ efficeretur verus monachus: & quemad-
modum ſi aliqua abbatia nõ haberet niſi ſimulatores vł
ſimias: huiuſmodi nõ eſſet abbatia vel monaſterium ve-
ri nominis: ſed eſſet vmbra ſiue pictura: & quaſi effigies
vere abbatie: & ſic ſimiliter ſe habẽtes canonicales eccle-
ſię ſiue canonie vmbre ſunt & picture & ſimeę/ & quaſi
effigies canonicalium eccleſiarũ verarũq; canoniarum:
& loca habitationis huiuſmodi hominum: habitationes
ſunt ſimiarũ. Sequitur etiã ex hoc/ vt prelati qui tales in-
ſtituunt: non eccleſias edificant: ſed pingunt: nec lapides
viuos ac veros colligentes in ſtructura edificij ponunt:
ſed magis picturas eorũ aggregant. Amplius qui ſic ac-
cipitur vel inſtituitur: nõ fieri querit canonicus: ſed ſigna
ri tantum quare ſecundum etiã intentionem ſuã non eſt
niſi ſtatua vel pictura veri canonici. Q; ſi dixerit/ quis ꝙ
ficte accedens ad baptiſmum eſt verus chriſtianus: & ve-
rus clericus habetur quicũq; habet primã tonſuram/ ꝓ-
pter hoc vt verus clericus defenditur/ alioquin male eſſet
eccleſię dei ſi peccarores & clerici & laici locum in ea nõ
haberẽt. Reſpondemus quia manifeſtũ eſt: quia equiuo
ce dicitˀ clericus verus & ſignis exterioribus ſolũ pictus

D

UVA. BHSC. IyR_245_3

ſicut homo animal & quod pingitur. vt dicit Areſtoteles Sicut ergo vacaret tota abbatia aliqua ſic ſe habēs a monachis ſic & vacat omnis canonia ꝓportionabiliter ſe habens a canonicis. Amplius ſi aliquis abbas ſic ex huiuſmodi pictis monachis tantū totam abbatiam inſtitueret vel potius occuparet/ imo qđ verius eſt pingeret: nec intendens eis dare/nec illi recipere: niſi temporalia & ſigna monachatus ſolūmodo ꝓpter illa/ nōne tota illa abbatia vacaret a monachis/ & epūs loci cum ipſo principe fundatore poſſet omnia bona occupare: & veros monachos illic inſtituere. Si aūt in tota abbatia hoc poſſet cur & nō in parte ſimiliter & in vna perſona. heu quot abbatię canonie/epiſcopatus vacant/vel in toto/vel in parte. Qꝫ ſi dixerit ꝙ latet hoc ſummū pontificē & etiam principes. verū quidē dicit/ſed nos hic de veritate agimus quę veritas multis patet & pluribus patere poſſet niſi vanitatē diligerent & quererent mendacium. ſicut dicit pſalmiſta. Apprehenderunt em̄ multi mendacium & noluerunt reuerti. ſicut dicit Iheremias in octauo. Multis em̄ certiſſimum eſt/quia nec intrauerūt/nec intus ſunt/ immo foris tantum videlicet in ſolis ſignis exterioribus & mēdacio temporaliū/& vt vulgo dicitur. Pedē ſuum intus non habent/neqꝫ vnqꝫ pedes ſuos intus habuerūt hoc ipſa veritate canonicalis honeſtatis & aliorꝫ ſpiritualiū. Eſt etiam manifeſtum/ quia eccleſia vniuerſalis intus vacua eſt in maiori parte ſui: foris autē plena ſtatuis/ picturis/ ſimijs/ quas diximus. Hoc eſt qđ dicit Iheremias in primo Trenorum. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo non dixit clero: quia magis populus eſt clerus populariť viuens quā clerus. Iuxta quod dicitur Iſaie. xxiiij. Et erit ſicut populus ſic & ſacerdos. Amplius: ſi vbi debent eſſe monachi ſanctiſſimi vellet qs inſtituere vnū vel duos clericos ſeculares. licet valde honeſtos q tamen monachalē

UVA. BHSC. IyR_245_3

perfectionē omnino renuerent/nunquid nō adhuc vaca-
rent loca duoꝝ monachorum & ad hunc modum ſi ſin-
gulis decedentibus ſimiliter clericos eis ſubſtitueret nū-
quid nō poſt mortem omniū monachorum monaſteriū
illud vacaret/& de monachatibus dubitari nō poteſt qn
omnino vacent/quare & redditibus monachatibus dedi
ti ſeu annexi vacant ſaltem de iure. Clerici ergo ſic ſubro
gati nihil iuris habent in temporalibus abbatie illius: q̄a
igitur magis diſtāt mali clerici a clericis honeſtis quā illi
etiam a monachis ſanctiſſimis & minus bono digni ſunt
multo fortius nihil iuris habēt in canonicalibus/ſeu alijs
eccleſiaſticis beneficijs. Amplius/ſi quis de legato ī teſta-
mēto cōtra voluntatē teſtatoris diſponere p̄ſumpſerit/&
ipſo iure nihil agit/ & cui aliquid inde dederit/ nihil iuris
in eum trāſfert: cum ad implendā voluntatē teſtatoris ve
rus executor ab ipſo conſtitutus ſit. Beneficia autē eccle-
ſiaſtica quantū ad temporalia in magna parte bona ſunt
teſtamēti fidelium defunctorū legata eccleſijs: quare cō-
tra voluntatē eorum/ vel inſtitutionē de eis p̄ſumere vel
vſurpare/vel dando/vel recipiendo ipſo iure nō valet/ne
ꝙ ſic recipiētibus ius in eis aliquod acquiritur. Idem eſt
& de alijs donationibus: dotatorum em̄ & ditatorū atqꝫ
fundatorū eccleſiarum intentio fuit vt dei ſerui & fideli-
ter eidem ſeruientes ſoli beneficia q̄ eccleſijs largita ſunt
obtinerēt: quare ſi contrariū/vel aliud de ipſis agitur prę
ter intentionē ipſorum eſt per vſurpatā & nō cōmiſſam
poteſtatem: & ideo nil iuris tranſferre videtur qui hoc p̄
ſumūt ī tales receptores huiuſmodi bn̄ficioꝝ. Amplius
ſi q̄s in eccleſia beneficiatus/vel titulatus cadat in morta-
le peccatū certum eſt ꝙ efficit̄ membrū diaboli & deſinit
eſſe membrū eccleſię illius. deſeritqꝫ locum ſuum. iuxta il
lud quod dicit Eccleſiaſtes. x. Si ſpiritus poteſtatem ha-
bentis aſcēderit ſup̄ te locū tuū ne dimiſeris. Tranſfertur



UVA. BHSC. IyR_245_3

ergo iſte a ſpirituali iheruſalē in babilonē: & de edificio corporis criſti miſtici ī edificiū corpis diaboli. vacat igit̃ locus eius & de iure & de facto ſecundum veritatē: licet forte nō appareat. vacat inq̃ locus eius/ille vtiq̃ quē deſerit: vacat & officiū ſpirituale cuius prima & fundamētalis pars officij eſt recte viuendi. hoc enim officium ſpōte deſerit. ſimilit̃ vacat onus quod proijcit quare & emolumentū: & hoc vtiq̃ ſecūdum veritatē licet foris nō appareat. Qualiter ergo auctoritate ſua huiuſmodi homines & reſumunt officia ſua & percipiunt ſimul temporalium emolumenta. licet contrarium forſan alicui videat̃ quia nō videtur onus ex toto proijcere neq̃ officium ex toto deponere qui ad horā tentationis hoc facit: ſed quid ſi proponat animo nunq̃ reſurgere ſiue reſumere onus aut officium. de huiuſmodi homine dubitari non debet quoniam tanq̃ fur & latro temporalia emolumenta percipiat & ſi exterius hoc apparet vel cōfitetur indubitanter abijciendus eſt de eccleſia/immo de tota chriſtianitate. Quod ſi quis dixerit/cū nemo ſciat/an amore/an odio dignus ſit/an de ſpirituali iheruſalem an de babilone ſit: quilibet titulatus & bn̄ficiatus ī eccleſia diſcrimini ſe cōmittit/ſtipendia temporalium ibi percipiendo: quia forte vt fur & latro: & forte vt ſeruus īfidelis. Reſpōdemus in hoc/quia vere periculoſiſſime habentur huiuſmodi beneficia propter q̃ & viri timorati cum timore & tremore illa percipiūt atq̃ recipiunt: & quod reſiduū eſt eis a moderata & preciſa ſuſtentatione erogant pauperibus/& p̄cipue talibus qui animarum patrocinijs eos adiuuant & ſupplent eorum defectum. Ve autem illis qui ecōtrario faciunt: videlicet qui ſuperflua ſua vel ido lolatrię ꝑ auaritiam/vel luxurie/ & vanitati depaſcenda atq̃ conſumēda exponunt. Videmus autē manifeſte quia propter ante dictū periculum: multi & magni huiuſmodi emolumē

UVA. BHSC. IyR_245_3

ta & ſtipenpia vel reliquerũt vel penitus renuerũt. Qua liter autem diſpenſanda vel expendenda ſint bona eccleſiaſtica expreſſe docet dñs Leuitici.vi. Sancta enĩ oia & a ſanctis/& in loco ſctõ expẽdenda ſunt.oia em̃ hęc ſanctificata dño ſũt & oblata pia deuotiõe fideliũ. Quare ſacrilega impietas eſt huiuſmodi bona vl' meretricibus vl' hiſtrionibus dare vl' in alijs vite humane corruptiõibus expendere. Scimus autẽ noſtris temporibus fuiſſe magnos doctores: & ante etiã tempora noſtra/ qui dicebãt ꝙ quecunꝙ quis de huiuſmodi bonis percœperat/toto tempore quo in peccato mortali perſtiterat/ reſtituere tenebatur ſi poſſet/ & hoc ea ratione/ quia toto tpe illo regi babilonis: id eſt diabolo militauerat: quare illo toto tẽpore chriſti ſtipendijs priuandus erat: & illa ei iure penitus auferenda. Beatus quoqꝫ Auguſtinus dicit/ quoniã talis indignus eſt etiã pane quo veſcitur. Apoſtolus em̃ ſecũde ad Theſſalonicẽ. vltimo expreſſe dicit/ qui non laborat non manducet. Quod non de quocunqꝫ labore intelligi poteſt: ſed ſolo labore qui fructum habet remunerationis æterne. Non enim labor ille exterior legendi pſallendi/cantandi ſufficere videtur ad patrocinium animarum/ niſi puritas cordis & ſapor deuotionis illum cõdiuerit/ & deo acceptũ reddiderit.per hoc quod dicitur Amos.v. Aufer a me tumultũ carminum tuorũ & cantica lyre tue non exaudiam. Iſaie primo. Cum multiplicaueritis orationem nõ exaudiam. Et Gregorius. Si is qui diſplicet ad intercedendum mittitur: irati iudicis animus ad deteriora prouocatur. Amplius quia incomparabiliter validius & efficacius intercedit vita ſanctorũ pro animabus quam ipſa oratio. ſicut dicit Geneſis. iiij. Quia reſpexit dominus ad abel & ad munera eius. ad Cayn autem & munera eius non reſpexit: quia videlicet propter Abel reſpexit munera/& non econuerſo. ſic & orationes



UVA. BHSC. IyR_245_3

ſanctorum & totius eccleſię propter ipſos & propter ec
cleſiam exaudiuntur/& non ipſi ꝓpter eas. hoc ergo ſub
lato videlicet gratia qua ipſi ſancti deo accepti ſunt. & ꝗ
eius eccleſia ei placita eſt: ſublatū eſt patrociniū anima-
rum/& a ſuffragijs & orationibus eorū/ ſicut dicit ille ce-
cus natus. xi. Iohannis. Peccatores deus nō exaudit. Intē
tio igit̄ largientium huiuſmodi bona eccleſijs in primis
& maxime eſt in bona vita ſeruientium deo atꝗ perci-
piētium illa. Secundario vero ipſa ſuffragia canonici ſer
uicij cum hęc ſuffragia canonici ſeruitij non ſint patroci-
nia niſi propter illam: alioquin maxime organiſantibus
& cantantibus. alia quoꝗ ſeruitij eccleſiaſtici exteriori
decore ad ſenſum/pulchrius aut melius facientibus dan
da eſſent. Apparet igitur tibi quantū dānificat fundato-
rem aut dotatorem ditatoremꝗ ſuum queꝗ congrega-
tio male viuens/& deo odibiliter conuerſans: ſicut de nō
nullis conuęntibus regularium plerūꝗ audiuimus. Ve
rum de ſuffragijs iſtis in tractatu de ſacramentis & in ca.
de ordine ſacerdotali/qualiter facienda ſint vel fiant nos
plene determinaſſe meminimus/vbi & errorem illorum
deſtruximus qui virtutē ſacramentorū & vtilitatē ſuffra
giorum deſtruebāt ꝑ indignitatē miniſtrorum.

UVA. BHSC. IyR_245_3

## TRACTATVS Guilhermi Parienſiē. epiſcopi. De pluralitate beneficiorum.

POſt hæc autē aggrediemur diſputatiue de hoc. An liceat vni perſonę multa habere beneficia: quoꝝ vnū ſufficiat/ad competentē ipſius ſuſtētationē. In primis ergo forſitan ſi videtur alicui dubitandum: quia a multis & magnis ſentit̃ ꝙ ſic. Et a multis & magnis ꝙ nō. Et propter hoc temerariū videri poteſt de hoc p̄ſumere diffinire. In quo dicimus. Quia ſi dubiū eſt vtrum liceat an nō liceat: ipſa dubietas certitudo eſt & determinatio/ quia ꝓculdubio nō licet. Nulli em̄ dubiū eſt quia nō licet alicui ſe committere diſcrimini. Diſcrimini autē ſe cōmittit qui aliquid facere prēſumit de quo dubitet: an peccatū mortale ſit. Quare ſicut diximus quia ipſa dubietas efficit hoc diſcriminoſum. Propter hoc vitandū eſt ex neceſſitate quare et illicitum. ¶ Amplius nullus dicit hoc videlicet ꝙ liceat/niſi vel qui plura habet huiuſmodi beneficia: vel qui ea habere intēdit: quare in cauſa ſua et ꝓ ſeipſo dicit huiuſmodi teſtimonium/nō eſt ergo verū ſiue cōueniens teſtimoniū eius/& ideo nō eſt credēdum ei. Qui autē ecōtrario dicūt/cōtra ſe dicunt: quodāmodo obligantes vt plura in futurū nō habeāt et vt vno cōtēti ſint tali bn̄ficio. ſicut legit̃ Prouerbio. xiij. Qui detrahit alicui rei ī futurū ſe obligat: ſubaudis ne illā faciat. ¶ Amplius qui nō laborat/nō manducat ex vltimo. ij. ad Theſſalo. Ergo qui nō laborat dupliciter/ nō manducat dupliciter. Et ſic ſimiliter qui non laborat tripliciter & ſic de alijs. Quemadmodū enim ſyllogiſmus ſimpliciter ex ꝓpoſitiōibus ſimpliciter fit. & ſyllogiſmus huius ad hoc ex ꝓpoſitionibus huius ad hoc. ¶ Amplius ſi ratione laboris & op̄ationis debet̃ cibus. ſicut dicit veritas. Mat. x. Quia dignus ē op̄ariꝰ cibo ſuo. Et Luce. x. Dignus eſt



UVA. BHSC. IyR_245_3

mercēnarius mecede ſua. ergo nō debet̃ duplex cibus ni
ſi rōne duplicis laboris: & ſic de aliȷs. Et huic rationi atte-
ſtatur ipſe modus & forma collatiōis & īueſtitionis bñfi
ciorū. ¶ Ibi em̄ expſſe dicit̃ ab ipſo p̄lato. Cōferimus tibi
bñficiū vel inueſtimus te de eo ad honorē dei/ & ſeruitiū
eccl'ie illius. Nullo igit̃ mō licet alicui habere plura huiuſ
modi bñficia/ niſi exſoluat totidē hmōi ſeruitia. Quare
tria paria huiuſmodi ſeruitiorū oportebit exſoluere ha-
bētē tria huiuſmodi bñficia. Alioqn defraudabit mortu-
os & viuētes vno vel duobus ſeruitȷs/ & tanq̄ fur & la-
tro ꝑcipiet vnū vel duo illoꝝ emolumētoꝝ. ¶ Amplius
q̄s dubitat de fūdatoribus eccl'iaꝝ & p̄bēdarū/ qm̄ ſicut
certū numerū voluerūt habere ſeruitioꝝ ſic & ſeruitoꝝ:
& iterū ipſa ſeruitia iuxta numerū eoꝝ. Vbi gr̃a. vt ī eccle
ſia Carnoteñ. ſeruitiū Carnoteñ. & in Pariſieñ. Pariſieñ:
qđ ſi dixerit q̄s/ quia ē vna eccl'ia. & ideo q deſeruit ī vna
deſeruit in duabus vł tribus. illa ergo rōne in oībus qua
re iniuſte agit̃ cū eo/ in eo ꝙ nō ꝑcipit in oībus & equalit̃
in oībus cū equalit̃ ſeruiat in oībus. Cauſam em̄ quā po-
nit ſeruiēdi in oībus eq̄lis eſt: videlicet vnitas eccleſie vni
uerſal'. ¶ Amplius: ſi vno ſeruitio ſufficient̃ ſatiſfit deo &
tribus eccleſȷs & aīabus/ ꝑpter q̄s fundate ſunt eccl'ie/ ſi-
cut ſatiſfieret eidē tribus ſeruitȷs. Ad qđ ergo ē tāta mul-
titudo & varietas ſeruitioꝝ/ vel etiā ſeruitoꝝ: Amplius/
magis vna eſt in ſe Carnoteñ. eccl'ia/ quā ſit cū Pariſienſi:
vel cū quacūq̄ alia. Si ergo vnitas illa qua ſibi inuicē vni
te ſunt/ efficit hoc vt vnus canonicus vel ſeruitor ſufficiat
ꝑ duobus: & vnū ſeruitiū ꝑ duobus: & vt vna ꝑſona poſ
ſit obtinere duas illarū eccl'iarū p̄bēdas: mł'to fortius vni-
tas ipſius eccl'ie Carnoteñ. ī ſe ſufficit hoc efficere/ vt vna
ꝑſona obtineat in eccl'ia Carnotēſi duas p̄bēdas vel plu-
res. hoc autē nullus eoꝝ auſus eſt adhuc dicere/ nec aliq̄s
ipſorū ep̄orū vnq̄ hoc p̄ſūpſit facere: vt hūti vnā p̄bēdā

UVA. BHSC. IyR_245_3

in ecclia carnotẽsi cõferret aliã in eadẽ ecclia. ¶ Amplius & facilius & cõmodius & melius ꝑ oẽm modũ/põt quis deſeruire duas p̄bẽdas vel p̄les ĩ eadẽ ecclia/quã ĩ diuer≠ ſis diuerſas: q̄a in vna collectus & totus: in diuerſis vero diſpſus atq̃ diuiſus. & iterũ/ibi aſſiduus/ illic v̄o ĩterpola≠ tus q̄ multo fortius licet vnicuiq̃ pſone p̄les p̄bẽdas ob≠ tinere ĩ eadẽ ecclia quã in diuerſis. Amplius: nemo dubi≠ tat/qn tres ſeruitores & tria ſeruitia eq̄lia ꝑ oẽm modum hoc ẽ magnitudine & nũero & merito/triplũ ſint ad vnũ ſeruitorẽ & ad vnũ ſeruitiũ: q̄re q̄ deo & aĩabus nõ dat niſi vnũ illoꝝ. ſ. ſeruitoꝝ/vnũq̃ ſeruitiũ/triplo minus dat deo/quã q̄ tres illorũ ſeruitorũ dat triaq̃ ſeruitia. Siłr & eccleſijs & aĩabus. Si igit̃ fuerĩt duo p̄lati ita facientes: q̄s audebit dicere/q̄ eque bñfaciat/q̄ deo & ecclię ſue & aĩa bus nõ dat/niſi vnũ ſeruitorẽ atq̃ ſeruitiũ. vt ille q̄ dat tri plũ ꝑ oẽm modũ: Qđ ſi dixerit q̄s/ q̄a melius facit q̄ dat tres ſeruitores ac ſeruitia totidẽ/quã q̄ nõ niſi vnũ vtrinq̃ ſed ſufficit. Querimus cui ſufficit hoc: aĩabus. n. q̄ torq̄nt in igne purgatorio nõ ſufficit: ꝓpt̃ hoc qđ alit̃ accelerãt liberationẽ earũ tres miſſe quã vna eaꝝ. & ita de alijs ſuf fragijs. Si. n. tm̃ valeret eis miſſa vna/q̄ntũ tres: eadẽ rõne q̄ntũ mille: & ita ſupuacue & inutilit̃ (q̄ntũ ad hoc) multi≠ plicarẽt̃ ꝑ eis eccłiaſtica ſuffragia/ qđ nemo audet dicere chriſtianus. Qđ ſi dixerit q̄s/q̄ ſufficit deo: & hoc mani≠ feſte falſũ eſt/q̄a ad maiorẽ gloriã ſunt ei młti pcones lau dis ipſius/quã vnus illorũ. Alioq̄n ad q̄d inſtitute ſũt tot & tãte ecclię collegiate totq̃ chori canẽtiũ laudes ĩpius: Si autẽ dixerit/q̄ hoc ſufficit ipſis eccleſijs: & hoc q̄s du≠ bitat eſſe falſũ: Quę eñ ecclia eſt (niſi forte malignantiũ quã deus odiuit) q̄ nolit habere integritatẽ totius corꝑis ſui & vniuerſitatẽ mẽbrorũ ſuoꝝ: quę inq̃ eſt/q̄ portiõe corꝑis ſui cõtẽta velit eſſe ꝑ toto niſi q̄ magis eſt ſynago≠ ga ſathane quã ecclia: Qꝫ ſi dixerit: q̄a ſufficit p̄lato/vł in



UVA. BHSC. IyR_245_3

telligit qđ ſufficit ei ad meritū/hoc eſt impoſſibile manife
ſtū.ſed reuera ei ſufficit ad gehēnā. Defraudare em̄ dn̄m
ꝑconibus glie ſuę/ atqꝫ ꝑconijs/ & ipſam eccleſiā mēbris
ſuis/ & mēbroꝝ officijs: aīas vero tā mortuorū ꝙ viuorū
patronis ſimul & patrocinijs/ īdigētes fratres tm̄ fruſtra-
ri ſuffragātibus atqꝫ ſuffragijs/ ſufficiēs meritū eſt et cā dā
natiōis ęterne. Q. ſi dixerit. ꝙ ſufficit habēti vel recipiēti
vnū ſeruitiū/ ꝓ mltis bn̄ficijs. Rn̄demus: qa intolerabilis
ꝑſumptio eſt eouſqꝫ exiſtimare & appreciari ſeruitiū ſuū
videlicet ꝙ vnū eius ſeruitiū valeat tria vel qttuor/ vel de
cē/ vel mille ſilia ſeruitia totidē bonorū virorū vel ſctoꝝ.
videlicet vt vna miſſa valeat decē alias ſiles bonorū viro
rū. Neminē adhuc vidimus q in iſtū impudētię auſum ꝓ
ruperit. ¶ Amplius cōductus vinearius ad vnā vineā ex
colendā vel vnū agrū/ ſi qs ad aliā excolendā eodē tpe cō
ducere voluerit/ repellet eū & dicet ſe eſſe cōductū ad ali
am excolēdā/ & ſuā opam iā locaſſe: & durante huiuſmo
di cōtractu( videlicet cōductionis ſiue locationis) nō poſ
ſe ſilem ſe inire cōtractū. Nullus etiā ꝓcurator vineę vel
agri verbū audet facere/ de cōducēdo opariū ad aliā ope
ratione cōductū/ donec illā exſoluerit/ & ab huiuſmodi
cōtractu liberatus ſit. Si igit huiuſmodi oparij in iſtis mi
nimis/ tāte fidei & veritatis eſſe volūt: vt ad duas opatio-
nes ſimul ſe cōduci nō patiant/ quāto fortius & in ſpūali
bus hoc magis obſeruādū eſt: vt oparius cōductus ꝑcio
ſtipēdij eterni/ & etiā tpalis/ ad opandū in vna ecclia(q &
vinea & ager & edificatio ſpūalis eſt: ſicut dicit apls) cum
conductus eſt aliquis. i. cōſtitutus/ nō debet ſuſtinere ad
operādum in alia ſe cōduci/ donec ſit abſolutus ab huiuſ
modi cōductiōe ſeu cōtractu. idē eſt de aduocatis. Con
ductus em̄ aduocatus ad aliquā cauſam agendam/ et ali-
quo tpe/ nō patitur ſe cōduci ad aliā agendā in illo eodē:
quia igit in ecclia bn̄ficiatus ſeu titulatus/ ad agendā cau

UVA. BHSC. IyR_245_3

ſam aiaꝝ ad eccleſiã illã ꝑtinentiũ/ ſpiritualiṫ aduocatus cõſtitutus eſt: & ad certas allegatiões ꝓ eadẽ ꝓponẽdas: quas ei mutare nõ licet aut ſubticere: manifeſtũ eſt: quia nõ põt cauſam ſiſem ſuſcipe eodẽ tpe vẽtilandã. Allegationes autẽ (de qbus diximus) pſalmi ſunt/ lectiones/ ſiue collecte/ ſiue oratiões & cãtationes/ qs nec mutare cuiqꝫ licet cõtra eccleſię ſue morẽ: nec ea põt inculpabiliṫ ſubticere. Et ſi em̃ generaliter ſeruitores eccleſiarũ/ ſiue generales aduocati cõſtituti ſint aiaꝝ: ſpecialiṫ tñ et ſpeciales aduocati cõſtituti ſunt animarũ: quarũ bñficijs tpaliṫ ſuſtẽtanṫ: et earũ q parochiane ſunt eccleſiarũ ſuarũ aut cõparochiane eoꝝ. Quia igiṫ vno et eodẽ tpe/ et cauſis/ et allegationibus ſatiſfacere nõ põt vnus et idẽ aduocatus huiuſmodi: manifeſtũ eſt/ qa non põt aduocatus eſſe pluriũ huiuſmodi cauſarũ/ ſimul vna et eadẽ pſona. Hoc autẽ eſt/ eſſe canonicũ duarũ eccleſiarũ: aut pars canonicatus aut cõcomitãs inſeꝑabile/ videlicet aduocatio ſic limitata ſiue patrocinium. Ad idẽ ſolemus inducere ſiſitudinẽ de feudis: ſicut em̃ ratione vniuſcuiuſqꝫ feudi/ debeṫ certum ſeruitium: ita et ratione vniuſcuiuſqꝫ prębende. Quare quemadmodum quot feuda vnuſquiſqꝫ tenet: tot debet inde ſeruitia: ergo ſic/ quot prębendas vel beneficia vnuſquiſqꝫ detinet/ et tot debet inde ſeruitia eccleſiaſtica/ hoc eſt tot paria horarũ et aliorũ oĩm. ¶ Amplius: eccleſia dei nihil habet ſubſtantialius/ quã corpus ſuũ et mẽbra/ ex qbus cõpacta eſt & cõſtructa. nihil ergo habet deo acceptius quã ſanctitatis gratiã/ & diuini cultus ſeruitiũ. Hęc pluralitas pbendarum & aliorũ beneficiorũ eccleſiaſticorum/ et eccleſię corpus magna ſui parte detruncat ac mutilat/ dum pro decẽ membris non habet niſi vnum/ et quandoqꝫ pro tribus vel quattuor nõ habet niſi vnum. Cum em̃ aliqs obtinet loca decẽ prebẽdarũ in decẽ eccleſijs: decẽ ille eccleſie ꝓ decem ſuis membris nõ habẽt niſi

UVA. BHSC. IyR_245_3

bi ſunt vnita/ et in eo ſempiterne viuunt. Preterea ſi ex in
firmitate/ aut īuſitatiōe intellectus/ quis magis tenetur in
creaturis contemplari: tūc hęc optima vera et fructuoſa
cōtemplatio videtur homini mortali poſſibilis: vt ſaltem
in cunctis ſuis cōtemplationibus et meditationibus: ſiue
circa creaturas: ſiue circa creationē fuerit: conſurgat dele
ctatio in ipſo creatore deo vno/ et trino intra ſe: vt inarde

UVA. BHSC. IyR_245_3

ſcat ignis diuini amoris: & vere vite in ſe: & in alijs ad meritum fœlicitatis ęterne vite. Animaduertendū eſt etiā in hoc differētiā eſſe inter cōtemplationē catholicoꝝ fidelium/ & philoſophoꝝ gentiliū: quia cōtemplatio philoſophoꝝ eſt ꝓpter ꝑfectionē cōtemplātis: & ideo ſiſtit in intellectu: & ita finis eoꝝ in hoc eſt cognitio ītellectus. Sed cōtemplatio ſanctoꝝ (quę eſt catholicoꝝ) eſt ꝓpter amorem ipſius: ſcilicet cōtemplati dei. Idcirco nō ſiſtit in fine vltimo in intellectu ꝑ cognitionē: ſed trāſit ad affectū per amorē. Vnde ſancti in cōtemplatiōe ſua habēt amorem dei tanꝙ principalit̄ intentū: quia fœlicius eſt etiā dn̄m ieſum chriſtū cognoſcere & habere ſpiritualit̄ ꝑ gratiam ꝙ ſine gratia corꝑaliter/ vel etiā eſſentialiter. Porro dum anima ab omnibus abſtrahit̄: & in ſeipſam reflectit̄: contemplationis oculus dilatat̄: & ſe ſcalā erigit: ꝑ quā trāſeat ad contēplandū deū: ex q̄ contēplatione aīa inardeſcit ad bona cœleſtia/ diuina/ & ęterna/ & omnia temporalia a longe ꝓſpicit tanꝙ nihil ſint. Vnde quando in deū ꝓcedimus ꝑ viā remotiōis: primo negamus ab eo oīa corꝑalia & ſenſibilia & imaginabilia. Secūdo modo etiā intelligibilia. ad vltimū hoc ipſum eſſe ſcd'm qd' in creaturis remanet: ſic (quantū ad ſtatū vite optime ꝑtinet) deo cōiungimur ſcd'm dioniſiū. Et hęc eſt caligo/ quā deus inhabitare dicit̄. quā moyſes introiuit: ac ꝑ hāc ad lucē inacceſſibilem. Verū nō prius qd' ſpirituale: ſed qd' aīale: ideo cōſueto ordine ꝓcedendū eſt a labore actionis ad quietē cōtemplationis: & de virtutibus moralibus ad theoricas & ſpeculatiuas: Deniꝙ o aīa mea q̄d occuparis circa plurima ſuꝑuacue: & ſemꝑ in his eges/ intēde & ama hoc vnū optimū bonū/ in q̄ omne bonū/ & ſufficit. Infœlix ergo q oīa ſcit ꝑ̄ter ipſum/ & habet ipm ac neſcit. Et ſi hęc oīa & ipſum ſciat: non ꝓpter hoc: ſed ꝓpter ipm beatior. Vnde Ioan. xvij. Hęc eſt vita ęterna vt cognoſcāt te &c̄. Et pro



UVA. BHSC. IyR_245_3

phetaſſatiabor cum apparuerit gloria tua.

¶ Actualis deuotio & ſpecialis non tantũ curanda eſt ſicut voluntarie deo adherere. Capitulum. x.

i Nterea nõ multũ cures actualem deuotionẽ: aut ſenſibilem dulcedinẽ/vel lachrymas: ſed tm̃ p bonã voluntatẽ in intellectu ſis mẽte cũ deo: intra te vnitus. Quippe ſup oĩa placet deo mens nuda a phãtaſmatibus: id eſt imaginibus ſpeciebus & ſilitudinibus rerum creatarũ. Decet nãq monachũ eſſe alienũ ab omni creatura: vt ſoli deo intra ſe nude & expedite intendat vacet & adhereat. Quãobrem abneges temetipm. vt nude ſequaris chriſtũ dñm deũ tuũ/qui vere paup/obediẽs/ caſtus/humiliatus eſt & paſſus. In cuius etiã vita & morte multi ſcandaliſati fuerũt. vt liquet ex decurſu euangelij. Preterea aĩa ſepata a corpe nõ aduertit/qnomodo vel qd agat de ſuo corpe derelicto/ſiue cõburat/ſiue ſuſpendat ſiue maledicat/& nihil pter has iniurias corpi illatas cõtriſtat: ſed ſolũ cogitat illud nũc eternitatis: & illud vnum quod dixit dñs ĩ euãgelio neceſſariũ. Sic & tu te habeas ad corpus tuũ/quaſi iã non ſis in corpe/& cogita ſemp de eternitate anime tue in deo/& dirige ſedulo cogitatũ tuũ in illud vnũ de q̃ chriſtus dixit. Porro vnũ eſt neceſſariũ & ſenties ex hoc magnã gratiã ad mẽtis nuditatẽ & cordis ſimplificationẽ acquirẽdã. Verũtamen iſtud vnũ eſt tibi p̃ſentiſſimũ/ ſi te nudaueris a phantaſmatibus/& qbuſcũq aliis implicationibus/moxq ſenties ſic eſſe. Videbis te nuda & expedita mẽte vacare & adherere deo. Et ſic eris inuictus etiã in omnibus/q̃litercũq etiã inferri poſſunt: ſicut et ſancti martires/ patres & electi beati oẽs quia deſpectis omnibus ſolũ cogitabant anime ſecuritatem/& eternitatẽ in deo & ita armati intus et p bonã volũtatem deo vniti/oĩa mundi ſpreuerunt: ac ſi omnino anima iam diuiſa eſſet a corpore. Ex his ergo perpẽde/quã

UVA. BHSC. IyR_245_3

tum poteſt bona voluntas cū deo vnita. immo ꝑ illā anime impreſſionem in deo/ & vt ſic eius a carne quodāmodo virtualem et ſpirituale̅ diuiſione̅: modo anima reſpicit a longe homine̅ exteriore̅ ſuum tanq̄ nō ſuū: & ſic viliſpendit oīa que inferunt ſibi/ vel carni ſue: ac ſi fierent alteri vel nō homini. Qui em̄ adheret deo/ vnus ſpūs eſt cū eo. Nunq̄ ergo audeas vel omnino coram dn̄o deo tuo intra te aliquid cogitare/ vel imaginari/ qđ coram hoībus erubeſceres/ vel audire/ vel videre/ ꝓpter dei reuerentiam principalem. Eſt em̄ hoc iuſtum/ omne̅ cogitatū tuum/ et cogitatione̅ ad ſolum deū erigere: eum tanq̄ nihil aliud ꝑter ipſum ſic ſola mentis acie intueri ſicq̄ inhere̅do frui quod eſt ꝑfecta inchoatio vite future.

¶ Qualiter tentationibus & blaſphemijs eſt reſiſtendum & tribulationes ſuſtinende/ & de effectibus bone voluntatis. Capitulum. xi.

p Roinde nemo accede̅s ad deum vero & integro corde eſt/ quin vexationibus & tentationibus ꝓbetur. Idcirco in omnibus tentationibus vel hoc obſeruetur: vt ſi ſentiatur/ nō conſentiatur: & patienter & equanimiter cum humilitate & longanimitate porte̅tur. Si vero blaſphemie ſint/ & turpiſſime: hoc omnino firmiter teneas/ ꝙ nihil melius aut verius contra eaſdem facere potes: q̄ omnino huiuſmodi phantaſias pro nihilo reputare/ q̄q̄ blaſphemie nequiſſime/ & fœdiſſime/ & horribiles ſint. ſolum non cura eas: ſed pro nihilo reputa & cōtemne/ & tibi nō imputa nec velis tibi ſuper huiuſmodi cōſcientiam formare/ fugiet proculdubio inimicus ſi eum vt ſic & ſuas fictiones contempſeris. Superbus em̄ eſt valde/ nō patit̄ ſe cōtemni & ſperni. Omnino ergo talia penitus nō curare/ ſummū eſt remediū. ſicut de muſcis



UVA. BHSC. IyR_245_3

volantibus cõtra voluntatẽ corã oculis. Prouideat ergo ſeruus ieſuchriſti/nõ facile tam importune fugere a facie dñi: & hinc inde indignari/murmurare & querulari ſup vnius muſce vexatione: videlicet leuis tentationis/ ſuſpitionis triſticie/detractionis inſufficientie/& cuiuſcũqꝫ aduerſitatis. cũ ſola manu bone volũtatis in deũ erecte/ poſſint oïa hec fugari. Nempe p bonã voluntatẽ habet deũ in poſſeſſore: ſctõs angelos cuſtodes & ptectores. Inſuper p bonã volũtatẽ omnis tentatio ſuperat/ ſicut muſca manu de caluicie capitis fugatur. Pax ergo hominibus bone voluntatis. p inde ergo neqꝫ aliquid ditius offertur deo bona voluntate/quippe bona voluntas in aïa eſt origo omniũ bonoꝝ/& omniũ mater virtutũ quã qui habere incipit: ſecure habet qcquid ei ad bene viuendũ opus eſt. Si ergo volueris bonũ & nõ potes/ factũ deus cõpenſat. igiẽ ſecundũ hoc eterna lex incõmutabili ſtabilitate firmauit. vt in volũtate meritũ ſit. in beatitudine/aut in miſeria pmiũ atqꝫ ſuppliciũ/dilectio eſt magna volũtas deo ſeruiendi/dulcis affectus deo placẽdi/feruentiſſimũ deſideriũ deo fruendi. demũ tentari nõ eſt pctm̃: ſed materia exercẽde virtutis/vt homo ad multa bona pficiat tẽtatione: cũ tota vita hoïs ſup terrã tentatio ſentiatur.

¶ De amore dei qꝫ efficax ſit. Capitulum. xij.

E Nimuero oïa ſupradicta: & quęcunqꝫ ſaluti neceſſaria/nõ melius nec ppinquius & ſalubrius p fici poſſunt niſi per amorẽ/per quẽ ſuppleri põt omnis neceſſarij ad ſalutẽ indigẽtia: & in eo habeẽ oïs boni abundãtia/nec deeſt ſummi deſiderij preſentia. Solus amor eſt quo conuertimur ad deũ/ trãſformamur in deũ adheremus deo/ vnimur deo/ vt ſimus vnus ſpũs cũ eo: & beatificemur cũ eo/ hic in grã/& ibi in gloria ab eo per eum. Amor em̃ ipſe nõ quieſcit/niſi in amato. quod fit cũ obtinet ipſum poſſeſſiõe plenaria atqꝫ pacifica. Nempe

UVA. BHSC. IyR_245_3

amor ipſe(qui & caritas)eſt via dei ad hoīes/& via hominis ad deū/& manſionē deus habere nō poteſt: vbi caritas nō eſt. Si igit̄ caritatē habemus/deū habemus: q̄a deus caritas eſt. Proinde nihil amore acucius. nihil ſubtilius aut penetrabilius/nec quieſcit donec vniuerſaliter totā amabilis penetrauerit virtutē & ꝓfunditatē ac totalitatem:& vnū ſe vult facere cum amato. Et ſi fieri poteſt vt hoc idem ipſe ſit quod amatū: & ita nullum patitur medium inter ſe & obiectū dilectū qd' amet: qd' eſt deus:ſi vehemēter tēdit in eū:& ideo nunq̄ quieſcit/ donec omnia tranſeat/& ad ipſum in ipſum veniat. Eſt enim amor ipſe virtutis vnitiue & transformatiue. transformans amantē in amatū/& econtra vt ſit vnū amatoꝝ in altero/& econuerſo/in quātū intimius poteſt. Quod liquet primo quātum ad vires apprehēſiuas/qualiter amatū ſit in amāte:videlicet in quantū dulciter & delectabiliter reuocat̄ in apprehenſione amātis:& eregione ꝑut ſcilicet amans nitit̄ ſingula q̄ ad amatū ꝑtinent/nō ſuꝑficialiter/ ſed intrinſecus diſcernere:& q̄ſi ad interiora eius ingredi. Sed quantū ad vires appetitiuas & affectiuas amatū dicit̄ in amante.ꝑut ſcilicet eſt in affectuoſa eius cōplacentia/& in iocūda eius delectatione interius radicata.econuerſo amans eſt in amato/toto deſiderio & cōformitate.ſcd'm idē velle & nolle/& in eodē gaudere & triſtari tanq̄ idem ipſe. Trahit em̄ amor(q̄a fortis eſt vt mors dilectio)amantē extra ſe ac collocat eū in amato/ faciens ei intimiſſime inherere. Plus em̄ eſt anima vbi amat/q̄ vbi animat: quia ſic eſt in amato ſcd'm ꝓpriam naturā rationē & volūtatem. ſed in eo quod animat tātū eſt ſcd'm quod eſt forma: qd' etiā brutis conuenit. Non eſt aliud quod nos ab exterioribus ſenſibilibus intra nos/& exinde in chriſto ieſu intima & diuina virtute trahit/q̄ amor chriſti/q̄ deſiderium dulcedinis chriſti ad ſentiendū/ꝑcipiendum & deguſtan



UVA. BHSC. IyR_245_3

dum p̄ſentiam diuinitatis chriſti. Non itaq; aliud eſt ꝙ amoris vis que etiã animã de terris ad faſtigia cœli celſa perducit. Et ſic ad ſummã beatitudinẽ quis ꝑuenire non poteſt niſi amore & deſiderio ꝓuocante. Ipſe etiam amor eſt vita anime/veſtis nuptialis/& ꝑfectio ipſius/in q̊ omnis lex & prophete ſecundũ domini dictum pendet. Vnde apl's ad Rom. xiij. Plenitudo legis eſt dilectio. Et prima ad Timotheũ primo. Finis p̄cepti eſt caritas.

¶ Qualiter cor ſit recolligendum intra ſe ad orationis qualitatem & vtilitatem. Capitulum. xiij.

P Reterea cum ad hec & ad quecũq; alia bona omnino ex nobis ſimus inſufficientes/ nec aliquid de nobis ipſis: dño deo (a quo ſolo omne bonũ) exhibere poſſumus/ qđ nõ ſit prius ſuũ/ ſolo vno excepto/quod ſupeſt/; queadmodum ipſe p ſe benedicto ſuo ore/etiam & exemplo nos inſtruere dignatus eſt: vt videlicet in omni caſu & euentu ad ipſam orationem recurramus ſicut rei/miſeri/paupes/mẽdici/infirmi/inopes/ſubditi/ſerui/& filij/ac totaliter in nobis ipſis deſolati/humillima mẽtis ꝓſtratione in timore & amore recollecte & cõpoſite: maturo ṽo nudoq; affectu erubeſcẽtie/cũ magnitudine deſiderij & ardore: nec nõ in gemitu cordis et ſimplicitate et ſinceritate mẽtis ſupplicemus & exponamus ſibi plena cũ fiducia vndiq; nob̄ iminẽtia ꝑicula. ita dumtaxat vt expedite ſecure & nude nos ei totalit' vſq; ad vltimũ fidelit' cõmittamus & offeramus/ tãq; vere p oĩa ſui nihil nob̄ ipſis reſeruãtes. vt impleat' in nob̄ illud btĩ pr̃is iſaac. q̄ loq̄t' de hac ipſa oratiõe dicẽs. Tunc erimus vnũ in deo: & dñs deus erit ĩ nob̄ oĩa in oĩbus & ſolus qñ illa ſua ꝑfecta dilectio q̄ prior ille nos dilexit: in noſtri quoq; cordis trãſierit affectũ: qđ ita fiet cũ nob̄ oĩs amor/omne deſideriũ/omne ſtudiũ/omnis conatus/deniq; oĩs cogitatio noſtra/ omne qđ videmus loq̄mur/ quodq; ſpe-

UVA. BHSC. IyR_245_3

ramus: deus erit. illa quoq; vnitas q̄ nūc eſt patris cū filio & filij cū patre: in noſtrū fuerit ſenſum menteq; tranſfuſa vt queadmodū ille ſincera & pura atq; diſſolubili caritate nos diligit: nos quoq; et perpetua et inſepabili dilectione iungamur: ita ſcilicet eidem copulati. vt q̄cquid ſperamus/ q̄cquid intelligimus/ q̄cquid loquimur et oramus: deus ſit. Hęc ergo intētio: hic conatus: et finis ſpūalis hominis eſſe debet. vt imaginem future beatitudinis in hoc corruptibili corꝑe poſſidere mereat̄: et quodāmō arra illius cœleſtis beatitudinis/ et cōuerſatione glīe incipiat in hoc ſeculo p̄guſtare. hic inq; finis totius ꝑfectionis eſt: vt eouſq; extenuata mēs ab omni ſitu carnali ad ſpiritualia q̄ttidie ſublimet̄/ donec oīs cōuerſatio/ eiuſq; volūtas cordis vna et iugis efficiat̄ oratio. Cūq; ita mēs depoſita fece terrena ad deū (in q̄ ſolum ſemꝑ defixa deberet eſſe intētio ſpūalis hoīs) reſpirauerit/ cui ab illo ſummo bono/ vel parua ſepatio/ mors p̄ſens ac ꝑnitioſiſſimus interitus eſt credēdus. ꝑmiſſaq; fuerit trāquillate fundata/ vel ab omniū carnaliū paſſionū nexibus abſoluta: et illi vni ſūmoq; bono tenaciſſima adheſerit intentiōe: apoſtolicū illud implebit. Sine intmiſſiōe orate: et ī oī loco leuātes puras manus ſine ira et diſceptatione. Hac em̄ puritate (ſi dici pōt) ſenſū mētis abſorpto: ac de terreno ſitu ad ſpiritualē ſiue angelicā ſiītudinē reformato/ q̄cquid in ſe receperit q̄cquid tractauerit/ egerit/ puriſſima atq; ſinceriſſima oratio erit. Hęc ꝑinde ſi continuaueris indirupte/ queadmodū vſq; ab initio diſſeruimus/ erit tibi in tua intrauerſiōe & recollectione: iam facile ac promptum contemplari ac frui ſicut viuere in natura.

¶ Conſcie atteſtatio in oī iudicio reqrēda eſt. Ca. xiiij

d Emū ad ſpūalē mētis ꝑfectionē puritatē et tranqllitatē in deo cōſequēdā/ nō mediocrit̄ ad hoc ꝑficere videt̄. vt in oī q̄d de nobis dicit̄ ſentit̄ et agit̄

ſemp̄ quottidie ad interiora mētis archana recurramus: & inibi ab omnibus alijs abſtracti: & intra nos totaliter recollecti/ſtatuamus nos in cognitione mētis ante nos: et vtiq̄ʒ inueniemus atq̄ʒ videbimus penitus nihil ꝓficere nobis/ſed plurimū obeſſe/ſi laudati vel honorati ab extra fuerimus/& ab intra in veritatis cognitione de nobis culpabiles & rei exiſtimus. Et ſicut tūc nihil ꝓdeſt/ſi quē piā ab extra homines laudāt/& cōſcientia ab intra accuſat. ita ęregiōe nihil obeſt/ſi ab extra quis cōtemptus vituperatus & pſecutus fuerit. ab intra tamē innocens irreprehēſibilis & innoxius exiſtat. Immo q̄ʒ plurimū ſuper hęc cū patientia & ſilentio & quiete nō immerito in dn̄o gratulari habet. ſiquidē nulla nocebit aduerſitas. vbi nō dominat̄ iniquitas. Et ſicut nullum malum impunitū/ ita nullum bonū irremuneratū. Neq̄ʒ cū ipocritis velimus mercedē & p̄miū expectare vel recipere ab hominibus ſed ſolum a dn̄o deo/nō in p̄ſenti ſed in futuro/nō tranſitorie in tp̄e/ſed in eternitate. Liquet ergo q̄ nec maius aliquid nec melius q̄ʒ ſemper in omni tribulatione et euentu ire ad interiora mentis ſecretiora/ et ibi īuocare ipſum dominū ieſum chriſtum adiutorē in tentationibus et tribulationibus/ac inibi humiliari in confeſſione peccati/et laudare ipſum deū/et patrē corripientē et conſolantē. Inſup̄ et omnia et ſingula in ſe vel in alijs ꝓſpera ſiue aduerſa equanimiter accipere expedite et ſecure/ de manu ſue infallibilis ꝓuidentię/aut diſpoſitionis ordinate. Ex quibus etiā ſequit̄ peccatoꝝ remiſſio/ amaritudinis expūſſio collatio dulcedinis et ſecuritatis/infuſio gratię/ et miſericordie attractio et corroboratio familiaritatis/atq̄ʒ abundans de ipſo conſolatio/firmaq̄ʒ adheſio et vnio. Sed nec velimus imitari eos/ qui p̄ ipocriſim et more phariſaico ſe ipſos carius et aliter videri haberi et apparere ab extra coram hominibus ſatagunt/quā ab intra in veritate de ſe

UVA. BHSC. IyR_245_3

didicerũt. quod quidẽ extreme dementie eſt: ſic videlicet querere/appetere/aut expetere laudem humanã vel glo-riam/ a ſe vel ab alijs: cum nihilominus interius repletus ſit illecebris & peccatis grauiſſimis. Et certe q poſt huiuſ modi vaniſſima currit/fugiũt ab eo p̃dicta bona & dedecus incurrit. Semper ergo p̃ oculis tuis habeas mala tua & inidoneitatẽ tuam/ & cognoſce te/vt humilieris/ et tã-q̃ peſſimum/ indigniſſimũ/ viliſſimũ/ abiectiſſimũq; ab omnibus haberi non refugias: ꝑpter grauiſſima peccata & maxima mala tua. Qua de re/reputa te int̃ alios: vt ſcoriam inter aurũ/zizaniã inter triticũ/ paleam inter grana/ lupũ inter oues/ſathan int̃ filios dei. Sed ne velis reuereri ab alijs: alijſq; p̃ferri. ſed ĩmo potius toto corde & ſpiritu fuge virus huius peſtilentię/ venenum laudis/ reputationem iactantie/et oſtẽtationis: ne videlicet iuxta ꝑphetam: laudet̃ peccator ĩ deſiderijs animę ſuę. Et Iſaie. xxx. Qui beatum te dicunt/ipſi te decipiunt: & viã greſſuum tuorum diſſipant. Et dominus Luce. vi. Ve cum benedixerint vobis homines.

¶ Contemptus ſui q̃liter cauſet̃ in hoĩe. Capi. xv.

P Roinde quanto quis vilitatis ſue cognitor eſt: tãto plus & limpidius diuine maieſtatis eſt inſpector: & quanto aliquis propter deum/veritatem & iuſticiã: ſibijpſi in oculis ſuis eſt vilior: tanto in oculis dei eſt p̃cioſior. Quaꝑpter ſtudeamus toto deſiderij conatu/nos viliſſimos reputari/ & credi indignos omni beneficio/nobis diſplicere/ſoli deo placere/ab alijs indigniſſimi & viliſſimi reputari. Inſuper ſuper tribulationibus afflictionibus & iniurijs nõ moueri: nec ſuper huiuſmodi inferentes conturbari: nec cogitationibus contra eos inuolui vel indignari: ſed equo animo credere te cunctis iniurijs & vilipẽſionibus eſſe dignum. Nam reuera qui ſecundum deũ vere penitet & luget: ille ab omnibus ho-



UVA. BHSC. IyR_245_3

norari & diligi abhorret/ nec ſubterfugit/ nec rennuit ſe quodãmõ odiri cõculcari & deſpici vſq; in finẽ/ vt et humiliter/ & puro corde ſoli dño deo ſincere adhereat. Verũtamen ad dñm deũ ſolũ diligendũ: & ſeipſum ſup oĩa abhorrendum: & ab alijs appetere vilipendi: nõ requirit labor extrinſecus: nec corpis valitudo: ſed potius ſolitudo corpis & quies/ labor cordis/ & quies mentis: vt ſcilicet labore cordis & affectione mẽtis intime ſurgat: & corporaliter ſe ab illis infimis euellat: & ſic ad cœleſtia & diuina ſurgat & aſcendat. Nempe hoc facientes mutamur nos in deũ: & pcipue tũc fit: quãdo ex corde eligimus ſine iudicio/ damnatione & cõtemptu pximi/ nos vt pipſima & obprobrium ab omnibus eſtimari: ĩmo ab omnibus tanq; lutum fœdum abhorreri/ quã quibuſcũq; delitijs abundare: vel ab hominibus honorari aut eleuari: ſeu qualicunq; corporali & tranſitoria ſoſpitate vel commodo perfrui: nec aliã pſentis huius mortalitatis & corporalis vite cõſolationẽ deſiderare/ q; noſtras offenſiões culpas & peccata ſine intermiſſione lugere/ deplangere: & de die in diẽ ab alijs magis magiſq; viliores haberi: & in omni vilitate indigni in oculis noſtris quottidie fieri/ vt ſoli deo placeamus/ eũq; ſolũ diligamus/ ſicq; ei adhereamus: nec circa aliquod velimus affici: niſi ſolũ circa ipſum dñm ieſum chriſtũ/ q ſolus iaceat in noſtro affectu nec de vllo ſollicitari & curare: niſi de ipſo: in cuius ditione & prouidentia vniuerſa & ſingula currũt & ſubſiſtũt. Non ergo tui erit ammodo deliciari: ſed vere toto corde lugere. Quãobrẽ ſi nõ luges: ppter hoc luge. Si vero luges: ppter hoc magis lamẽtare: quia dolo2 cauſam tibi ſuperinduxiſti: ppter tuas offenſiones maximas: & peccata infinita. Sicut ergo nõ ſollicitudinẽ gerit ſuper ſpiculatoris diſpoſitione qui ſententiã ſuſcipit condemnatus: ſic qui lamẽtat & efficaciter luget: neq; delicijs: neq; glo

UVA. BHSC. IyR_245_3

rie vel indignationis/vel huiuſmodi aliquando attendat. Et ſicut alia ciuiū/ alia ſunt damnatoꝝ habitacula: ita lugentiū & ad pœnam obligantia debita/ſtatio et inſtitutio ab innoxijs et nō obligatis aliena penitus debet eſſe et remota. Alioquin nō eſſet differētia rei obnoxij & innocētis in cōpenſatione et ſatiſfactionis pena: quę tamen magna erat in preuaricationis culpa: & liberior eſſet iniuſticia ꝙ̃ innocentia. Omnia ergo abneganda/ omnia contēnenda/omnia excucienda et vitanda: vt plena fide bonū luctui penitentie iaciatur fundamentum. Igitur in veritate ieſum chriſtū diligens: et poſt eum lugens. et eū in corde et corpore portans: in veritate dolorem de ſuis peccatis et offenſionibus habens: in veritate futurum regnum percipere inquirens: nec nō in vera fide memoriā tormētorum et iudicij ęterni poſſidēs/ et ſui exitus timorem et memoriam firmiter perfecteꝗ̃ aſſumens: nō vlterius conabitur/nec curabit/ nec ſollicitus erit de aliq̃ alio: ꝓpter quod qui ad beatā impaſſibilitatē/et deū currere feſtinat omni die in qua nō maledicit̃ et cōtemnit̃/ ſe multū damnum arbitretur ſuſtinuiſſe. Impaſſibilitas autē eſt a vicijs et paſſionibus libertas/cordis mundicia/ et virtutum ornatus. Eſtima te igitur iam mortuū: quē non ambigis de neceſſitate moriturū. Et poſtremum argumentū omniū cogitationū/locutionum/operum tuoꝝ: an ſecundū deū ſint. ſit tibi iudicium: hoc videlicet ſi in his magis humilis et intra te et in deo plus recollectus et cōfortatus fueris. Si autē aliter in te repereris ſuſpectū tibi ſit/ꝙ nec ſit ſecūdum deum nec acceptum/nec tibi ꝓficuum.

## ¶ De prouidentia dei & ſpe noſtra. Capitulum decimumſextum.

Eruntamē vt iuxta p̄fata ſine impedimēto expedite ſecure/& nude in dn̄m deū libere & tranqlle feramur/coniungamur & vniamur/ eiꝗ̃ firmiter



UVA. BHSC. IyR_245_3

adhereamus equanimiter in proſperis & aduerſis/ in vi-
ta ſiue in morte: opus eſt vt cũcta & ſingula ĩdiſcuſſe ſue
infallibili prouidẽtię indubie cõmittamus & certiſſime:
nec mirũ: cũ ipſe ſolus ſit qui omnibus dat eſſe poſſe &
operari: id eſt ſubſtantiã virtutẽ & operationẽ: ſpeciem
modum & ordinẽ: in numero pondere & menſura. p̃ſer-
tim cũ ſicut opus artis p̃ſupponit opus naturę: ita opus
naturę preſupponit opus dei creantis/ preſeruãtis/ ordi-
nantis/ & adminiſtrantis: eo ꝙ ipſius ſolius ſit infinita po
tentia/ ſapientia/ bonitas/ & eſſentialis miſericordia & iu-
ſticia & veritas caritaſq;/ ĩmutabilis eternitas/ & ĩmẽſitas.
Nulla ergo res poteſt ꝓpria virtute ſubſiſtere nec agere:
ſed agit in virtute ipſius dei: ſcilicet primi mouentis: pri-
mi principij: qui eſt cauſa omnis actionis: & operatur in
omni agente. Quippe quantũ ad rationẽ ordinis ꝑtinet:
deus ĩmediate omnibus p̃uidet: & vſq; ad vltima ſingu-
la. Nihil igitur a maximo vſq; ad minimũ/ ſempiternam
dei prouidentiã effugit aut declinat ſiue in naturalibus/ ſi
ue in voluntarijs/ ſiue in caſualibus/ ſiue in fortuitis/ ſiue
in illis de ſe intentis: ſed nec aliquid deus facere poteſt qn
ſub ordine ſue prouidentię cadat: ſicut nõ poteſt facere
aliquid quod eius operationi nõ ſubdatur. Extendit igit̃
ſe prouidentia diuina ad ſingula etiã ad hominũ cogita-
ta. Qua de re iuxta illud prima Petri ſecũdo. Omnẽ ſolli
citudinẽ veſtrã ꝓijcientes in eum: quoniã ipſi cura eſt de
vobis. Et rurſum ꝓpheta. Iacta cogitatũ tuũ in dominũ.
Et Eccł'iaſtici. ij. Reſpicite filij hominũ & ſcitote: quia nul
lus ſperauit in domino & cõfuſus eſt: & qui permãſit in
mandatis eius & derelictus eſt. Et dñs ait. Nolite ſolliti eſ
ſe. dicẽtes: quid manducabimus. Quicquid ergo & quã
tũcunq; magnũ a deo ſperare poſſumus: erimus ſine du
bio accepturi/ ſcd'm illud Deutronomij. v. Omnẽ locum
quẽ calcauerit pes veſter: veſter erit. Quia quantumcũq;

UVA. BHSC. IyR_245_3

deſiderare quis poterit/tm̄ eſt accepturus:& quatenus fi-
ducie pedē porrexerit/ea tenus poſſidebit. Vnde Bern-
hardus:auctor omniū deus tāto abūdat viſceribus pieta
tis:vt ad quantācūqꝫ gratiā/fiducię ſinū extendere poteri
mus:tm̄ erimus ſine dubio accepturi. Vnde Mat. Que-
cūqꝫ orātes petitis.Porro quanto hęc ipſa fiducia in deū
fortior eſt:& inſtātior quāto in deo cū humilitate & reue
rētia a ſe violētius erigit:tāto ſecurius & abūdantius & ci
tius qđ ſperabat impetrabit & obtinebit. At vero ſi inter
hęc ꝓpter multitudinē ac magnitudinē pctoꝝ/fiducia in
deū ſe erigere tependo retardat aīaduertat: q huiuſmodi
eſt/ꝙ omnia poſſibilia ſunt apud deū:& qđ vult neceſſe
eſt quod fiat:ſic quod nō vult:impoſſibile eſt quod fiat
& ꝙ tā facile eſt ei tam innumerabilia peccata quantūcū
qꝫ enormia remittere & delere ſicut vnū peccatū. Et ſicut
peccator nō poteſt quantū in ſe eſt ab innumerabilibus
pctis ſurgere & ſe ab eis excutere & abſoluere ſicut nec
ab vno peccato.Non em̄ poſſumus nō ſolum facere:ſed
nec cogitare bonum a nobis/ quaſi ex nobis:ſed hoc ex
deo eſt.Attamē vtiqꝫ multū pˀiculoſius eſt pluribus irreti
tum eſſe peccatis:ceteris paribus:qꝫ cū vno ſolo: qa nul-
lum malū impunitū.& cuiqꝫ peccato mortali debeť infi-
nita pœna:& hoc de rigore iuſticię. Eo ꝙ quodlibet tale
peccatū ſit cōtra deū:qui eſt actu infinite reuerētię digni
tatis & honorificētię.Pręterea ſcđm apłm:ſcit dn̄s q̄ ſunt
eius:& impoſſibile eſt aliquē illoꝝ perire inter quoſcūqꝫ
amfractus & fluctus errorū/ſcandaloꝝ/ ſciſmatū/ pˀſecu-
tionū/diſcordiarū/hereſum/ tribulationū/ aduerſitatū/at-
qꝫ tentationū qualiumcūqꝫ. Eo ꝙ numerus electoꝝ ſuo
rum & terminus meritoꝝ ſit eternaliter & īmutabiliť ab
eo p̄uiſus:in tantū vt etiā omnia bona & mala:ꝓpria &
aliena:pˀſpera & aduerſa/eis coopātur in bonū: niſi forte
in hoc ꝙ glorioſiores & ꝓbatiores apparuerūt in aduer-



UVA. BHSC. IyR_245_3

ſis. Secure ergo & expedite ſingula & cũcta cõmittamus plena cum fiducia/ diuine ꝓuidentię/ qui idcirco ꝑmittit mala/ qualiacunq̃/ qualitercunq̃ fieri/ & bonũ eſt/ & bene fit: vt ſinat ea fieri: nec fierẽt: niſi ꝑmitteret ea fieri: nec aliter nec plus fieri poſſunt: niſi in quantũ ꝑmittit: quia ſcit poteſt & vult ea in melius conuertere & diſponere. ſicut em̃ eius oꝑatione omnia bona fiunt. vt certe ex hoc appareat eius potẽtia/ ſapientia clemẽtia/ ꝑ repatorẽ chriſtum miſericordia & iuſticia virtus gratię & defectus naturę. pulchritudo vniuerſi cõꝑatiõe oppoſitoꝝ: laus bonorum reproboꝝ malicia/ atq̃ pœna. Similiter in peccatore cõuerſo/ contritio confeſſio & pœnitentia. manſuetudo pietas & caritas lauſq̃ eius & bonitas nõ tamẽ eis ſemper cedit in bonum qui male agunt: ſed vt cõmuniter in periculum magnum & maximũ malum. priuationis ſcilicet gratie & glorie/ & incurſionis culpe & pœne/ nõnunq̃ etiã ęterne/ a q̃ nos cuſtodiat ieſus chriſtus.

Finit tractatulus magni Alberti

Thomas Vuolphius iunior: Iacobo Vuymphelingio S. p. d.

¶ Ioannes Knoblouchus nõ inelegans calcographus his ꝓximis diebus tuo hortatu Iacobe Vuymphelingie Guilhermũ Pariſieñ: & Albertũ magnũ autores ꝑfecto haud triuiales ꝓ cõmuni ſtudioſoꝝ vtilitate/ typis excudere cœpit venuſtioribus / opeꝑciũ faceres Vuymphelingie & rẽ plane (vt arbitror) egregiã/ ſi curares: vt Bonaueturę q̃q̃ hoīs minoritane obſeruatiōis: & doctoꝝ in theologica diſciplina īter neothericos maximi noīs ep̃la quedã/ veluti corollariũ adderet/ hec eſt illa ep̃la/ quã ſi

religioſe obſeruaret/q̄ religioſi vocant̄:non tot quotidie
emergerent in eccl'ia dei ſcādala/nihil audiret/ quod cōtra
parochiarū iura/nihil qđ cōtra oblatiōes/decimas/ ſepul
turas/nihil impudenter p̄dicaret cōtra canonicas portio
nes atq; triceſimos/ & id genus alia/nō ſtringerent liuidi
dentes in clericos ſeculares & eoꝝ primarios. Quid ſibi
volunt aucupia noua(q̄bus priſci chriſtiane religionis ꝓ
feſſores caruerūt)forſitan eo tendunt/vt parochijs nocea
tur: O quā callidus eſt dęmō: q ſub boni ſpecie ducit ad
malū: Qui dū libertatē ꝓponit: trahit ad ſeruitutē:Extat
clemētis quinti pōtificis maximi titulo de priuilegijs ꝑ
petuū edictū/quo cauet̄/ne monachi laicos retrahant/ab
eccleſiarū ſuaꝝ freq̄ntia vel acceſſu: neue indulgētias ꝓ
nunciēt indiſcretas:nec q̄n cōfectionibus teſtamētorum
interſunt/a reſtitutionibus debitis aut legatis/matricibus
eccleſijs faciendis/ retrahant teſtatores/ nec legata vel de
bita/aut male ablata īcerta:ſibi aut alijs ſingularibus ſui
ordinis fratribus vel conuentibus:in aliorum preiudici
um fieri ſeu erogari procurent:nec etiam in caſibus ſedi
apoſtolicę/ aut locorū ordinarijs reſeruatis:quēq; abſol
uere p̄ſumant.Diſpeream mi Iacobe/ ſi quicq; eſt quod
minus curent/ pleriq; deraſi ſacerdotes quam huius edi
cti ſancta & ſalubria verba. Conſule igitur tuo more/ani
marum ſaluti/ & vt monachis fratribuſq; mendicātibus
poſt hanc vitam bona ventura ſint.Fac Bonauenturam
in tam ſancta epiſtola impreſſum videant diligenterq; le
gant: ne miſeri pereāt miſere. Vale & nos mutuiter ama
Argētoraci curſim ex ædibus noſtris.vij. idus Iunij.An
no domini. M. D. vij.

¶ Incipit epiſtola ſancti Bonauēture ad fratres
mendicantes/ quales eſſe debeant erga prę
latos & eccleſiarum rectores.



UVA. BHSC. IyR_245_3

IN chriſto ſibi chariſſimo fratri B. Iaucel' p̄
uincię miniſtro. Frater Bonauentura ordi-
nis fratrũ minorꝝ miniſter generalis & ſer-
uus. Salutem & pacẽ in domino ſempiter-
nam. ¶ Quoniã ad hoc potiſſimũ inuigila
re debet ſollicita cura rectoris/ vt ĩ cõmiſſo ſibi grege me
ritum virtutis accreſcat: claudatur via vicijs/ & detur mo
ribus diſciplin a/ diligẽti deliberatione p̄habita viſum eſt
tam mihi ꝙ̃ diffinitoribus capituli generalis vt miniſtris
ſingulis aliqua ibidẽ examĩata & diſcuſſa litteratorie de-
mandarẽ/ ipſoſq; ſollicitos redderem ad eos potiſſimum
abuſus tollendos de medio/ quibus ſinceritas religionis
ĩficitur/ perfectionis celſitudo deprimitur/ & ſanctitatis
claritas obfuſcatur. ¶ Sane cum euangelici culminis ob
ſeruata perfectio/ actenus ſpectabiles & amabiles nos
mundo reddiderit/ omniq; fauore ac reuerentia dignos
ecce iam nunc multitudine in procliua tendente/ & remiſ
ſius agentibus his qui pręſunt. viciorum quedam ſen-
tes cernuntur ſuccreſcere/ quæ dum ſacrum hoc vene-
randumq; collegium deſpicabile & oneroſum reddunt
populis: conuertunt in ſcandalum quod cunctis eſſe de-
buerat in exemplum. ¶ Nam frequentia diſcurſus/ &
importunitas queſtus/ viles nos & graues efficiunt. Pro
eo videlicet ꝙ dum paruis nolumus eſſe contenti/ & edi
ficia ſumptuoſa conamur erigere/ vilia ſũmo ſtudio que
ritantes/ nobilia per incuriam perdimus/ cum murorum
curioſa conſtructio deſtructionẽ pariat animarũ. ¶ Per-
horreo & quorundã procacium audaciam/ qua contra
patris noſtri doctrinam/ coram laicis prędicando in ec-
cleſia contra pręlatos/ ipſorum acta ſuggillando conſur-
gunt/ non niſi ſcandala/ iurgia/ & odia ſeminant/ & nõ
ſolum ipſorum/ verum etiam dei prouocant iram/ cum

UVA. BHSC. IyR_245_3

diuina conſtet lege ſancitū/ ne quis maledicat ſurdo/nec ponat offēdiculū corā ceco. ¶ Sed & ſepulturarū ac teſtamentoꝝ litigioſa et auida quedā inuaſio/cū excluſione illorū/ad q̊s aīaꝝ cura ſpectare dinoſcit/nō modicū nos clero toti fœcit exoſos:ſicut experiētia docēte ꝑcepimus: & ipſe ſanctiſſimus pater pōtifex ſummus dn̄s clemens fratres oēs ad cauendū huiuſmodi pia ꝓuidētia ꝑ me voluit cōmonere. Hoꝝ autē oīm hāc puto potiſſimā rationē & cauſam/ꝙ ea que ꝓuida cura ꝑ totius ordinis ꝓuidentiā/in generali capitulo ſtatuunt/paruipēdunt a fratribus/& habent ꝓ nihilo:nec tn̄ trāſgreſſores huiuſmodi diſciplina debita caſtigant. Sicq̧ fit diuini ꝑmiſſiōe iudicij:vt ſpernētes modica:in maxima decidāt:q̄a dū diſciplina negligit:inſolētie creſcūt:ac ꝑ hoc interior negligētia circa exercitationē virtutū exterius ꝓcedit in ſcādalū: ꝑ eoꝝ patētē ruinā q̄ ſtare videbant in oculis alioꝝ. Ex q̊ fit:vt ſancte religionis ſplēdor p̄fulgidus in pallorē degeneret/ſanctitatis pulchritudo ſordeſcat/ bone opinionis odor cōputreat/& nomē dn̄i blaſphemet. Ne igit ſanguis aīaꝝ nō ſolū noſtre ſolicitudini cōmiſſarū:ſed etiā omniū q̄ ad lumē ſancte religionis ꝑ viā ſalutis incedūt/ de noſtris manibus requirat/charitatis tue zelum quāto poſſum efficaciori mādato duxi p̄ſentibus excitandum adiurans te ꝑ aſperſionē ſanguinis crucifixi/& ꝑ ſtigmata paſſionis eius:q̄ in ſacro pr̄is noſtri corꝑe indubitabili claritate fulſerūt:vt ſicut chriſti ſeruus fidelis & prudēs ad p̄fatarū extirpationē peſtiū: toto te animi vigore ſuccingas/tota mētis attentione inuigiles:totoq̧ feruore ſpiritus ſuccēdaris. ¶ Et primū quidē ad ſancte oratiōis ſtudium/fratres tue cure cōmiſſos efficaciter incitans/ ad regule ꝓmiſſe obſeruātiā ſincerā inducas pariter & cōpellas peſtiferos & inſolentes ( nullius verēdo faciē ) euellēs & deſtruens diſſipans & diſperdens:vel carcerali manc

UVA. BHSC. IyR_245_3

pando cuſtodie/vel a cõmunitate ſacri collegij expellen do:iuxta quod pietatis & iuſticie lex expoſcit/ne dũ crudeli miſericordia vni membro putrido parcit/ in totius corpis ſoſpitatẽ putrens corruptio diffundat. ¶ Et quoniam paupertas eſt noſtrę religionis pręrogatiua ſublimis/ne nobilis hęc margarita conculcanda porcis viliter exponatur/diſcurſuum cauſam & queſtuum ſumptuoſitatem ſcilicet edificiorum/librorũq; veſtium/ac ciborum ſic ſtudeas amputare/ꝙ a profeſſionis excellẽtia/vite obſeruantia non diſcordet. ¶ Fœdum eſt enim prophanũ ꝙ mendacium/ſumme paupertatis voluntariũ profeſſorem ſe aſſerere & rerum penuriã pati nolle/interius diuitum inſtar affluere/& exterius more pauperum mendicare.¶ Inhibeas etiam fratribus firmiter & diſtricte(quia tam diuino ꝙ canonico prohibetur imperio) ne prelatorum vitam coram populo carpant:ſed potius reuerentiam exhibeant/ nõ tantum bonis & modeſtis:verũetiam diſcolis: quia etiam hoc exigit ſacrum myſteriũ chriſtifice vnctionis. ¶ Mandes etiã fratribus vniuerſis:vt pacem clericorum omniũ/tam in teſtamentis/ ꝙ in ſepulturis(ꝙtum in eis eſt) ſic ſtudeant obſeruare/ vt nullam habeant contra nos occaſionem iuſte querele/ſimulq; ſeculo toti clareſcat/ ꝙ nõ cõmoda rerũ/ ſed lucra querimus animarũ. Deniq; quia his & alijs deordinationibus innumeris:per ſtatuta ordinis via precluditur.volo vt per loca fratrum ea ſic diligenter cõſcribi & legi facias & ſeruari.vt ſicut profeſſione virtutum precipui credimur:ne quaq; morum incompoſitione poſtremi merito cenſeamur. His igitur chariſſime frater tam efficaci ſtudio non ceſſes intendere/ quod deus gratum habeat: & ego tue obedientie promptitudinem & ſollicitudinis vigilantiã zelumq; ordinis ſacri poſſim non immerito commendare.¶ Et vt hoc melius fiat/ volo vt pręſens ſeries omni

UVA. BHSC. IyR_245_3

bus fratribus tuę prouincię/per te/vel per cuſtodes: quoties oportunum fuerit explicetur. ¶ Hec Bonauentura

¶ Idem eſt iudicium de alijs tribus fratrū mendicantium ordinibus/qui non minus q̄ fratres minores ad caritatē & concordiā: naturęq̄ legem ſeruandam/ detractionēq̄ cauendam de ſalutis neceſſitate aſtringuntur.

¶ Habes hic dulciſſime lector Guilhermū Pariſien. de beneficijs eccleſiaſticis. Albertum magnū: de adherendo deo. Et Bonauenturam. Ex primo doceberis auariciā: et congeriem ſuperfluā patrimonij chriſti abijcere. Ex ſecundo mundū mūdanis relinquere. Ex tertio: docentur religioſi paupertatis profeſſores ſuis cōtenti eſſe/& pacē iuraq̄ parochialiū ſacerdotū nequaq̄ violare. Prodierūt hęc fœliciter ad dei laudem ex officina Ioannis Knoblouchi. Anno ſalutis noſtrę. M. D. vij. kalen. Iulias.

UVA. BHSC. IyR_245_3

UVA. BHSC. IyR_245_3